

SKRIFTER AF
PAULUS HELIE

UDGIVET AF
DET DANSKE SPROG- OG LITTERATURSELSKAB

SJETTE BIND
VED
MARIUS KRISTENSEN og HANS RÆDER



GYLDENDALSKE BOGHANDEL
KØBENHAVN MCMXXXVII

SKRIFTER AF PAULUS HELIE
BIND VI

SKRIFTER AF
PAULUS HELIE

UDGIVET MED
UNDERSTØTTELSE AF CARLSBERGFONDET
AF
DET DANSKE SPROG- OG LITTERATURSELSKAB

SJETTE BIND

VED
MARIUS KRISTENSEN OG HANS RÆDER



GYLDENDALSKE BOGHANDEL
KØBENHAVN MCMXXXVII

NORLUNDES BOGTRYKKERI KØBENHAVN

FORORD

Med nærværende 6. Bind er Tekstudgaven afsluttet. Hans Ræder har besørget Udgivelsen af de to første og det sidste Stykke, Marius Kristensen af de tre andre. Tilsynet har været ført af J. Oskar Andersen og P. Severinsen.

Et 7. Bind indeholdende Kommentar til hele Udgaven vil fremkomme snarest muligt.

København i Februar 1937.

DET DANSKE SPROG- OG LITTERATURELSKAB

INDHOLD

Compendiosa regum Daniæ historia	I
Chronicon Skibyense	51
Blandede Optegnelser	151
Tilskrifter i trykte Bøger	201
Scholia marginalia in epistolas Pauli	213
Epistola ad Christophorum comitem	291
Tekstkritik	297

COMPENDIOSA ET
SVCCINCTA REGVM DANIÆ HISTORIA
IN HOC CONGESTA VT STVDIOSI
CVIVSPIAM MEMORIAM
ADIVVARET.

I DAN.

1. Primus Danorum rex Dan est appellatus, a quo etiam regnum appellationem est sortitus, ideoque Dania ex primo rege Dan nuncupatur. Hic ex
5 vxore Gritha, summæ inter Teutones dignitatis matrona, genuit duos filios Humblum et Lotherum.

HVMLVS.

2. Secundus rex Humblus, Lotheri fratris tyrannide consternatus, contempto regni diademate e rege
10 priuatus est factus. Nam in bello a fratre captus regni depositione vitam mercatus est.

LOTHERVS.

3. Tertius rex Lotherus Humbli frater. Hic ex rege tyrannus factus omnisque nobilitatis extingtor,
15 ab iisdem occiditur a quibus fuerat regno donatus.

SCIOLDVS.

4. Skioldus quartus rex, Lotheri filius, naturam a patre, non mores, sortitus est, et factus insignis

patriæ amator atque egregius iusticiæ cultor. Siquidem impias leges abrogavit, salutare tulit. Qui cum speciosissimam puellam ex Teutonibus singulari certamine meruisset, interfecto Scato satrapa eiusdem competitore, ex eadem genuit filium Gram, ac tandem morte naturali perijt. 5

GRAM.

5. Quintus rex Gram Skioldi filius, qui post gloriosas victorias et egregia facinora, a filio suo Suipdagero primo e Noruegia pulsus, deinde in Dania 10 occisus est, substituto in regem filio suo Guttormo, quem sibi tributarium fecit Suipdagerus.

GVTTORMVS.

6. Sextus rex fuit Guttormus filius Gram, qui fratri suo Suipdagero apud Noruagienses et Suecos 15 regnanti tributarius fuit, breuique tempore regnans mortuus est.

SVIPDAGERVS.

7. Septimus rex fuit Suipdagerus, qui accepto post fratris cineres regno paterno, ab altero fratre 20 nomine Hadingo viro fortissimo in vltionem paterni sanguinis est apud Gutlandiam nauali bello peremptus.

HADINGVS.

8. Octauus rex Hadingus fuit tertius filius Gram. 25 Iste Hadingus post interemptum fratrem parricidam

ac multas generosas victorias suspendio se vulgo inspectante consumpsit, vt parem gratiam referret Hundingo Suecorum regi, cui extincto, promiserat se non supervicturum.

5

I FROTO Geffuemild.

9. Nonus rex Hadingi filius Froto Geffmild i. e. liberalis cognominatus. Iste Froto cum multa liberalitate factus esset insignis multisque victorijs gloriosus, aduersus regem Sueciæ pugnans in bello finiuit
10 vitam.

I HALDANVS.

10. Rex Haldanus Frotonis filius duorum fratrum suorum factus est infamis interfector, diuque regnans in vltima senectute mortuus est.

15

ROE.

11. Rex Roe primus Haldani filius, qui pacem magis quam arma doctus, studuit magis ornare acceptam ditionem quam illius fines propagare. Destructo igitur oppido Høgekøbing, edificauit in
20 landia Roschildiam ciuitatem nomen illi imponens ex suo nomine Roe et famatissimi eius vrbis fontis, qui lingua vernacula Kylde dicitur. Hic postquam diu regnasset, ab Haluardo Suecorum rege interfectus occubuit.

25

HELGO.

12. Rex Helgo Roe frater, qui post multas vic-

torias quibus triumphauerat aduersus Scalcum Wandaliaë regem atque filium ducis Saxoniae, quem interfecit, etiam occidit regem Sueciaë Haluardum fratris sui Roe interfectorem. Porro cum illi exploratum esset quod cum propria dormisset filia, nimio pudore 5 confusus seipsum perdidit, proprijs manibus sibi mortem inferens.

ROLVO.

13. Rex Roluo nuncupatus liberalissimus extitit, cui Suecia fuit multis annis tributaria. Hic a genero 10 suo Hiartuaro Sueonum rege perfidissimo per dolum in arce Letra interfectus est.

HIARTVARVS.

14. Hiartuarus rex decimus quartus eodem die quo dolose Roluonem regem occiderat, occiditur et 15 ipse a Viggone milite Roluonis regis fidelissimo.

HOTTERVS.

15. Rex Hotterus, qui post Hiartuarum sumpto vtriusque imperio gloriose regnauit, factus etiam gigantum et falsorum deorum victor insignis. Iste 20 Hotterus erat multis egregijs artibus instructus, precipue vero adeo callebat omne Musicorum genus, vt gaudio, moestitia, miseratione, vel odio mortales afficere nouerat, tandem interfectus perijt.

BALDERVS.

16. Rex Balderus a stultis hominibus etiam deus 25

creditus. Is postea ab Othino rege interficitur in sinu quodam, qui in hodiernum diem a prædicto Baldero dicitur Baldersflut.

OTHINVS.

5 17. Rex Othinus, qui ob artes magicas quas cal-
lebat et exercuit, diuinas laudes a barbaro et stulto
populo promeruit. Cuius nomine etiam vnum heb-
domadæ diem insigniuit, qui tandem in Fionia
occiditur et sepelitur iuxta amnem quendam, vbi
10 Othonia ciuitas, ab eodem Othino appellata, sita est.

RORICIVS.

18. Rex Roricus Slingenbond appellatus, Othini
filius, regnavit inglorius, deficientibus ab eo Suecis
et Germanis, qui patris paruerant imperio, morteque
15 naturali defunctus est.

HORVENDILLVS.

19. Rex Horuendillus a Iutis in regem electus
postea a Feggone fratre suo occiditur, etiam cum
raptu vxoris eiusdem.

FEGGO.

20

20. Rex Feggo, a quo Feggesund in Iutia nun-
cupatur. Iste Feggo in vltionem fraterni sanguinis
ab Amletho Horuendilli filio ciuitati Wibergensi
occiditur.

AMLETHVS.

21. Rex Amlethus Horuendilli interfecti a Fegone patruo suo filius, qui tamdiu prudenter dissimulauit insaniam, donec vltus esset in patruo paternam necem, interfectus et ipse a Wigleto tyranno vitrico suo, regni competitore. 5

WIGLETVS.

22. Rex Wigletus tyrannus Amlethi victor et interfector. Hunc Wigletum habentem regni moderationem tranquillam et diutinam morbus consumpsit. 10

WERMVNDVS.

23. Rex Wermundus Wigleti filius. Is post diutinum regimen et interfectum Suecorum regem ob senium et cæcitatem a Saxonibus contemptus est, quem contemptum egregie vltus est Wffo filius eius, iam ex dissimulato muto ac stulto factus non solum vir facundus sed etiam fortissimus. Solus enim pugnans aduersus gigantes duos vtrumque peremit, adempto Danis probro quo exprobrati sunt a Suecis, quod illorum regem solum offensum interfecerunt gigantes Dani duo. 15 20

WFFO.

24. Rex Wffo Wermundi filius, etiam Olauus mansuetus a quibusdam dictus. Huius præclara gesta ob scriptorum inopiam solemnem fefellere notitiam, quæ creduntur gloriosa fuisse, quorum principia tam plena laudis fuerunt. 25

2 DAN.

25. Rex Dan Wffonis filius, nimirum inglorius filius gloriosissimi patris. Sic interdum (ait Saxo) pig-nora portentis similia a maioribus suis desciscunt.
5 Omnia enim paterna bona et quæ ipse ex hostibus parta habebat, quæ regio splendori seruire debue-rant, in flagitijs ac turpitudine consumpsit.

HVGLETVS.

26. Rex Hugletus, qui Homothum et Hogrimum
10 duos Sueciæ tyrannos maritimo fertur oppressisse conflictu.

2 FROTHO.

27. Rex Frotho Vegetus, i. e. hind stercke, qui cum factus esset gloriosus cede decem fortissimorum
15 ducum in Noruegia, tandem regem Noruegiæ Frogerum singulari certamine peremit.

3 DAN.

28. Rex Dan Frothonis filius egregiam retulit victoriam de rebellantibus Saxonibus, vnde eosdem
20 sibi fecit tributarios, qui illum habere tributarium contendebant.

I FRIDLEVVS.

29. Rex Fridleuus cognomento celer. Iste fertur regnasse tempore Iulii Cæsaris, cum quo etiam di-
25 citur foedus pepigisse, reuerso Iulio nec audente

cum Fridleuo pugnare ob publicam famam, quæ tum narrabat apud Danos esse viros fortissimos.

3 FROTTHO Fredegoedt.

30. Rex Frotho cognomento pacis author, Fridleui filius, designatus rex sub providentia curatorum, cum esset iam septem annorum. Igitur principio regni eius gubernatoribus male agentibus, tanta erat vitæ licentia, vt nec legibus nec pudore cohiberetur obscena aulicorum petulantia. Verum adulto rege Frothone mutatæ sunt vices rerum, euasit enim regnum ipsius non solum diuitijs, æquitate et legibus gloriosum, sed etiam incredibilibus quibusdam victorijs clarissimum. Cuius memoria etiamnum celebris est, tametsi apparet ipsum regnasse ante quindecim secula: nimirum eo tempore quo in Betlehem Iudææ ex virgine matre natus sit Dei filius, homo factus.

HIARNERVS.

31. Rex Hiarnerus, qui cum esset obscuris parentibus, suffragijs tamen populi diadema regni promeruit tanquam premium ornati sepulchri ipsius Frothonis. Nam Frothonis sepulchrum grandi saxo inscripto epitaphio ornauit, ob quod regno ab incolis donatus est, qui paulo post a Fridleuo Frothonis filio Ruthenorum rege est interfectus.

2 FRIDLEVVS.

32. Rex Fridleuus Frothonis filius. Hic cum reg-

naret apud Ruthenos, audita patris sui morte primum succurrit præfecto Suecorum, aduersus duodecim gigantes Noruegiæ, quibus interfectis præter vnum Biornonem, in Daniam profectus est, cuius
5 aduentum audientes Dani, quem vano rumore mortuum credebant, iubent Hiarnorum regno cedere. Iste Fridleuus rex factus, interfecit Asmundum Noruegiæ regem, ac paulo post naturali morte defungitur, relicto ex Frogertha vxore filio Frothone cognomēto Largo.
10

4 FROTHO.

33. Rex Frotho Fridleui filius cognomēto Largus. Huius principatui multi gigantes parebant, inter quos præcipuus erat Starcatherus multorum
15 gigantum peremptor, atque mirabilium rerum effector. Igitur cum hic Frotho gloriosissimum habuisset regnum multis annis, a Suertingo quodam Saxonie regulo dolose ad conuiuium vocatus occiditur, vicissim occiso Suertingo, Suertingi enim scelus ambo-
20 rum interitus fuit.

INGELLVS.

34. Rex Ingellus Frothonis filius, sed tanto patre prorsus indignus, quia luxu, libidine et crapula adeo perditus erat, vt euaserit omnium ignauissimus. Adeo
25 ne cogitauit de patris dolosa morte vindicanda, vt filiam Suertingi patris interfectoris vxorem duceret. Cuius consuetudine tam mollis et deliciosus effectus, vt omnem auorum suorum gloriam prorsus obscurarit. Tandem Starcatheri exprobrationibus pro-
30 uocatus, occidit in vltionem paternæ cedis septem

Suertingi filios, quos secum habebat in gratiam vxoris quotidianos conuiuas, perijt autem rex iste naturali morbo in Lethra sede et regali, iuxta quam sepultus legitur.

I OLAVVS.

5

35. Rex Olauus quartus Ingelli filius. Hic cum multis annis regnauit, nullam laudem tamen apud posteros promeruit, sub finem vitæ nihilominus prudenter duobus filijs diuisit regnum et imperium, Haraldo maris imperium, Frothoni vero terre reg- 10 num tribuens.

I HARALDVS.

36. Rex Haraldus Olauī filius, cui maris contigit imperium, a fratre Frothone dolo occiditur, vt solus regno potiretur.

15

5 FROTTHO.

37. Rex Frotho Haraldī frater, qui nullo facinore clarus, etiam conatus est Haraldī filios extinguere, ne vllus esset parricidij vltor, qui tamen magno artificio suorum curatorum seruati sunt, donec ado- 20 leuissent, adulti vero facti, cum regiam Frothonis subiectam vndique igne incendissent, Frotho fugiens ad opacos quosdam recessus, dudum constructos, vapore et fumo strangulatus interijt.

2 HALDANVS Bierggram.

25

38. Rex Haldanus Haraldī filius et patruī sui Frothonis interfector. Hic cum tribus annis regnas-

set, relicto regno fratri suo Haraldo, Sueciam inuasit, vicit et occupauit. Ericus rex Sueciæ occupaturus Daniam tribus prelijs victus est ab Haraldo Haldani fratre, quarto vero prelio victor effectus Haraldum
5 occidit. Sed ab Haldano postea victus et interfectus vita simul et regno priuatus est. Erat hic Haldanus corpore adeo robustus, vt claua immensæ magnitudinis ferro vndique circumsepta in bello vteretur, qua multos aliorum regum gigantes occidit. Ab hoc
10 Haldano, qui ex inclita matrona Thorilda genuit Asmundum Noruegiæ regem, omnes postea Noruegiæ reges magni æstimantur duxisse originem, ad eundem suam genealogiam referentes.

HVGVINVS.

15 39. Rex Huguinus Haldani nepos, cui regias opes testamento legauit regemque constituit. Hic Huguinus postea ab æmulo, cui Reginaldo nomen erat, bello oppressus est et peremptus, vnico filio Syualdo relicto.

SIVALDVS.

20 40. Rex Sywaldus cui filia erat Syritha, puella non solum speciosa valde sed omnium illius seculi puellarum pudicissima, quæ nupta cuidam Otharo viro fortissimo, attulit patriæ magnum libertatis præsidium. Sywaldus igitur pugnans aduersus Regnaldum patris sui interfectorem perpetuum triduum,
25 Othari generi sui fortitudine victor euasit. Otharus enim interfecto Reginaldo in fugam conuertit gigantes plures quam quadraginta, inter quos erat Starc-

atherus, qui semper contempta quauis sæuitia fuerat omnibus periculis maior.

SIGARVS Sugevald.

41. Rex Sygarus succedit patri suo Syualdo. Hic habens filiam Signe nomine, cuius stuprum ab Hag- 5
barto proco perpetratum peperit patri interitum. Nam vt rex Hagbartum ob filiaë stuprum laqueo perdidit, ita vicissim ab Haquino, Hagbarti fratre peremptus occubuit.

2 SIVALDVS Sywald.

10

42. Rex Syualdus post fratrem Sygarum. Huius temporibus pugnatum est tam acriter aduersus patris sui peremptorem Haconem, vt ex regio sanguine ne vnus quidem remaneret, preter solam Iuritham Alfi filiam Sygarique neptem. Videntes igitur Dani 15
regium semen defecisse, regnum popularibus tradunt, creatis ex plebe principibus. Ostmarus preficitur Scaniaë, Hundingus Sielandiaë, Hano Fioniaë, Roricus Aquilonari Iutiaë, et Hatterus Australi. Interea Gunnarus rex Sueciaë, interfecto Regnaldo rege Nor- 20
mannorum, Drotam Regnaldi filiam rapuit, quæ ab eodem stuprum capere coacta, filium procreat Hildigerum, crudelitate patre maiorem. Verum paulo post Borcarus quidam occiso Gunnaro eandem Dro- 25
tam sibi connubio sociat, ex qua Haldanum illum
fortem Iurithæ procum genuit.

3 HALDANVS Haldan hin stercke.

43. Rex Haldanus cognomento fortis, qui multis

victorijs gloriosus euasit Iurithamque accepit vxorem, interfectis duodecim gigantibus Iurithæ custodibus, occiso etiam sponso eiusdem primo die nuptiarum, ex qua postquam genuit Haraldum Hyldetand, a
5 Weseto pugili Sielandico interfectus est.

2 HARALDVS Hulletand.

44. Rex Haraldus Hyldetand patri suo Haldano successit, qui mox interfecto Weseto patris sui peremptore, adeo auxit Gotorum imperium vt omnia
10 occidentis regna vsque ad mare mediterraneum illi subiecerit, vnde ab alijs scriptoribus vocatus Alaricus, qui tempore Valentis Imperatoris dicitur vastasse vniuersam Italiam, adeoque Romam ipsam. Fugientibus tamen ad Basilicas apostolorum nocte
15 iussit esse parcendum, nocturna visione sic admonitus de apparentibus sibi apostolis Petro et Paulo, eo cultu quo ad illum venerat Romanus pontifex pro vrbe legatus, ad procurandam pacem. Veri similius est tamen hunc Alaricum non fuisse verum Got-
20 torum regem sed vice regem tantum, quales multi tunc erant, sed omnes parentes Haraldus imperio, qui erat rex Gotorum principalis. Iste Haraldus viribus potentissimus multisque regnis diues, pugnans aduersus Ringonem nepotem suum rebellantem,
25 quem regno Sueonum præfecerat, interfectus occubuit.

RINGO.

45. Rex Ringo Haraldus nepos, sed breui tempore regnans, Schania Suecorum regno applicata, puel-

lam quandam nomine Hetham præfecit Sielandiæ ac
 coeteris regni Daniæ prouincijs. Hic Suecis dicitur
 Haquinus Ring, qui victo Haraldo, Schaniæ præfe-
 cit quendam virum fortissimum, Olonem nomine.
 HETHA puella fortissima regnauit in Sielandia, 5
 Fionia et Iutia nomine regis 46. Verum Sielanden-
 ses probrosum rati parere foemineis legibus, Olo-
 nem, quem Haquinus Ring Schaniæ præfecerat, re-
 gem postulant. Iutiæ vtriusque ergo principatum
 tenuit Hetha, sub tributo tamen seruiens Oloni. 10

OLO.

47. Rex Olo tamen exercuit tyrannidem, vt su-
 perior reginæ et puellæ contemptus cunctis poeni-
 tentiam pareret, aduersus quem cum duodecim
 duces conspirassent, destituti viribus et ingenio, 15
 Starcatherum pecunia asciscunt, qui acceptis cen-
 tum vigintique auri libris, tyrannum balneis vten-
 tem adeoque inermem confecit. Huic Oloni tanta
 erat oculorum acies, vt solo visu terrefaceret etiam
 viros fortissimos. Nec Starcatherus confectorem egis- 20
 set, nisi rex Olo simulata feritate vultum mutasset,
 de Starcathero non aliud suspicans ob longam fami-
 liaritatis experientiam, quam illum esse ab insidijs
 alienissimum.

OMVNDVS.

48. Rex Omundus Olonis filius. Hic postquam
 maturuit in nullo (inquit Saxo) paternis operibus
 defectior extitit. Siquidem res ab Olone gestas aut 25

æquare aut transcendere curæ habuit. In suos tamen tyrannidem non exercuit. Huius temporibus Starcatherus voluntarie ab Hatero quodam interfectus occubuit.

5

I SIVARDVS.

49. Rex Syuardus Omundi filius fuit infortuna-
tissimus, siquidem illis temporibus inuaserunt Sueci
Schaniam, vicerunt, occupauerunt. Sic Germani quo-
que totam Iutiam. Igitur pugnans aduersus illum,
10 qui Schaniæ erat præfectus, occisus est, occiso simul
et Schaniæ præfecto.

BVTHLVS Buthle.

50. Rex Buthlus Syuardi frater ob mentis ignauiam coactus est aduenienti Iarmerico regnum
15 tradere, sicque ex rege priuatus euasit.

IARMERICVS.

51. Rex Iarmericus multis victorijs gloriosus apud
Sclauos, quos frequenter rebellantes etiam frequen-
ter victos rursus Danorum potestati subiecit. Tan-
dem seductus delationibus cuiusdam calumpniato-
20 ris, cui Bicconi nomen erat, speciosissimam vxorem
suam nomine Suawildam regis Hellesponti filiam
ob stupri suspicionem a Biccone falso intentatam
tradidit equorum calcibus proterendam, qua re magis
25 fuit illius obscurata gloria quam prioribus victorijs
illustrata. Nam ob hanc causam ab vxoris fratribus,

amputatis sibi primum pedibus et manibus, interemptus est.

BRODERVS.

52. Rex Broderus Iarmerici filius parum idoneus succedit in regnum. 5

3 SIVALDVS.

53. Rex Syualdus nullius præclaræ rei author.

SNIO.

54. Rex Snio Syualdi filius. Hic patriæ res non solum seruauit, sed etiam diminutas in pristinum 10 habitum reuocauit, Schaniam quoque a Danicæ iurisdictionis integritate submotam, ad societatem patriæ victoria insigni reduxit. Hic regis Sueciæ vxorem vi rapuit, magno regni detrimento. Huius temporibus exorta graui fame, exijt e regno grandis exercitus, 15 qui superatis Alpibus proximam illis Italiæ partem, quæ nunc Longobardia dicitur, ab iisdem vocabulum sortita, quod essent longis barbibus, inuadentes occupabant, ac interfectis omnibus viris, relictas vxores accipiebant, vnde creuit tota Longobardorum 20 posteritas. Hæc autem feruntur facta Anno salutis 586.

BIORN.

55. Rex Biorn succedit nullo egregio facinore insignis. 25

3 HARALDVS.

56. Rex Haraldus Biornonis filius rerum summam assequitur.

I GORMO.

5 57. Rex Gormo Biornonis filius. Huic inter priscos Danorum duces non infimæ laudis locum rerum strenue gestarum titulus tribuit. Nam quæ de hoc Gormone feruntur sunt prorsus incredibilia, cuius curiositatem in peruestigatione secretorum ac mirabilium rerum, quæ vel experimento deprehensa vel
10 rumore vulgata fuerant per Torchillum quendam elegantissime describit Saxo.

GØTRICVS.

58. Gormonis filius rex Gøtricus non armis modo,
15 inquit Saxo, sed etiam liberalitate conspicuus, incertum fortior an clementior fuerit, adeoque seueritatem mansuetudine castigabat, vt alteram altera rependere videretur. Huius temporibus Carolus Magnus victricia trans Rhenum castra receperat, cui
20 Gøtricus grauia intulit bella, qui cum proprij satellitis proditoria manu interijsset, Carolus Magnus effuso gaudio exultauit, nihil eo casu vnquam fortunæ suæ iocundius obuénisse confessus.

2 OLAVVS.

25 59. Rex Olauus Gøtrici filius. Hic interfecto patris sui interemptore ab alijs bellis abstinuit. Mor-

tuus vero sepultus fuit apud Lethram illius seculi regiam.

HEMMINGVS.

60. Rex Hemmingus, cuius dignum memoratu opus (inquit Saxo) non reperi, nisi quod pacem cum 5
Cæsare Ludowico iurisiurandi firmitate composuit.

2 SIVARDVS.

61. Rex Syuardus, regis Noruegiæ ex filio Gøtrici filius. Hic Schanis Sielandisque fautoribus regnat. Nam consobrinus eius Ringo idemque Gøtrici ne- 10
pos Iutiam occupabat, qui tandem mutua cede sunt extincti.

REGNERVS Regner Lodbrogk.

62. Rex Regnerus Lodbrog Siuardi filius. Hic erat multis strategematibus admirabilis, multis etiam 15
victorijs gloriosus, Christianorum tamen acerrimus hostis et persecutor, interijt captus in Hibernia et serpentum lacui adiudicatus.

4 HARALDVS Klag.

63. Rex Haraldus Klag tyrannide Regneri insectatus fugit ad Ludovicum imperatorem, cuius 20
pietate factus est Christianus, roboratusque Saxonici auxilijs primus in territorio Slesuicensi templum Deo dicandum sollicita impensa construxit, post sextum tamen annum factus est Christianæ religionis infamis desertor, regnavit autem annis 16. 25

I ERICVS.

64. Rex Ericus Haraldi frater regnauit annis 14. Huius temporibus, commisso prælio aduersum Guthormum fratruelem suum, perijt omnesemen regium
5 vsque ad vnicum Siuardi filium nomine Ericum Barnn, quo prælio vterque Ericus et Guthormus cum innumeris alijs interemptus est.

2 ERICVS Erick Barnn.

65. Rex Ericus Siuardi filius dictus Barnn. Hic
10 principio regni sui religiosissimum quemque aut supplicijs insequi aut rebus exuere exilioque multare perseuerauit. Sed paulo post prædicante Beato Ansgario Archiepiscopo Bremensi, sacrilegæ mentis errore deposito, Christianissimus euasit. Regnauit annis, vt volunt quidam, quadraginta sex, et
15 primus Ripis Basilicam extruxit. Huius temporibus erant principes homines crudelissimi, grassantes incredibili seuitia, non solum in Dania sed etiam in Anglia et Hibernia, omnes filij Regneri Lodbrogi,
20 quorum hæc sunt nomina: Ericus, Oruicus, Godefri-
dus, Inguarus, Rotulphius, Sigfridus, Iuarus, Vbbo, Vlfo et Biorno. Isti fratres duce Inguaro, qui omnium fratrum fuit crudelissimus, primum Noruegiam sibi subiecerunt, deinde in Angliam venientes
25 duos reges occiderunt duosque fugarunt, postea Sanctus Emundus rex ab Inguaro captus, ligatus et flagellatus, nouissime vero decollatus est. Inde recedens diuisit classem cum alijs nouem regibus Aquilonis, ex quibus quosdam destinauit in Germaniam,
30 quosdam vero in Galliam, qui omnes fere vrbes

Galliæ et Germaniæ aut sibi subdederunt aut destruxerunt, templa cum clericis igne vastantes, omnemque populum sibi resistentem, cum mulieribus et pueris, in ore gladij trucidantes. Dum hæc aguntur, moritur Ericus Barnn, relicto vnico filio Lodneknud adhuc infante, quod audiens OLAVVS rex Sueciæ cum grandi exercitu Daniam inuasit, vicit et occupauit quinquennioque possedit factus rex 66.

3 SIVARDVS.

67. Rex Siuardus Olauī nepos regnauit 10 annis, tandem a Danis interfectus.

I LODNEKANVTVS

hirsutus pilosus.

68. Rex Lodneknutus Erici filius. Hic ex desperato pene adolescente auctor insperatæ probitatis euasit, hoc vno deflendus, quod absque Christianæ religionis insignibus e vita ad mortem transitum habuit.

I SVENO.

69. Rex Sueno Langfod Canuti filius regnauit 20 annis nouem.

6 FROTO.

70. Rex Froto Suenonis frater. Hic Angliam vicit, vbi et fidem Christi edoctus Christianissimus euasit. Volens igitur communem esse toti Daniæ hanc felicitatem, misso legato ad Agapitum secun-

dum pontificem Romanum, fidei doctores postulavit, sed priusquam redijsset legatus, in Domino mortuus est, cum regnasset in Dania et Anglia annis viginti.

5

2 GORMO.

71. Rex Gormo Frothonis filius regnavit quatuor annis. Huius tempore defecerunt a Danis Angli, pro quorum recuperatione nihil vnquam fortiter est conatus.

10

5 HARALDVS.

72. Rex Haraldus Gormonis filius ob hoc egregiorum operum monumentis vacuus, quod regiarum opum (inquit Saxo) seruator magis quam propagator extiterit.

15

3 GORMO.

73. Rex Gormo acerrimus Christianorum persequor, hos enim puniebat capitis supplicio aut exilio damnabat aut facultatibus exuebat, templum etiam in fundo Slesuicensi a religiosis conditum,
20 tanquam sacrilegum aliquod impietatis domicilium, ab imis fundamentorum partibus demolitus est. Hic regiam maiestatem magis seruauit quam auxit. Qui cum postulasset vxorem filiam Hedelradi Anglorum regis nomine Thiram cognomento Danebod, non
25 antea impetrauit quam polliceretur Christianum fore, ex qua genuit duos filios Chanutum et Haraldum. Hic Chanutus adeo erat patri dilectus vt audita filij morte protinus expirarit.

6 HARALDVS Blotand.

74. Haraldus Blotand Gormonis filius. Huius temporibus Otho Imperator depopulatus est totam pene Iutiam, quo fugato et foedere cum illo facto, factus est Haraldus rex Christianissimus. Posthæc 5 Thira mater regis, quo redderet patriam tutiorem a clandestinis exterorum irruptionibus, quantum a Slesuico ad occidentalem oceanum patet, vallo fossaque proscindere aggressa est. Cui postea Walde- marus rex et Absolon episcopus murum cocti lateris 10 superstruxerunt, reficientes noua structura lapsus veteris valli. Iste Haraldus cum multis annis regnasset, a filio Suenone Tywskeg regni assertore interfectus est per quendam Tokonem. Cuius corpus Roschildiam missum apud sacrarium nuper ab 15 ipso conditum solemnem sepulturæ locum recepit.

2 SVENO tweskegk.

75. Rex Sueno furcatæ barbæ. Hic consilio impiorum quorundam nominis Christiani hostium, interfecto patre Haraldo gauisus est se nactum esse 20 occasionem seuiendi in diuina, sed infelicissimis casibus afflictus et flagellatus tandem resipuit, factus Christianus et ipse, Poppone quodam diacono rem Christianam adiuuante edito apud Danos insigni miraculo. Is enim ad fidei Christianæ confir- 25 mationem, candens ferrum nudis manibus illæsus cunctis stupentibus portauit. Huius Suenonis beneficio habent mulieres in regno Daniæ ius hereditarium. Hic Sueno tres Episcopatus Iutiæ instituit, Slesuicensem, Ripensem et Arusiensem, mortuus 30

est post conuersionem ac gloriosas victorias in perfectissimo vitæ fulgore charus Deo et omnibus hominibus.

2 CHANVTVS.

5 76. Rex Chanutus Suenonis filius. Hic Noruegiam occiso sancto Olauo obtinuit, gentemque Esthonicam sibi subdidit. Deinde Angliam aggressus, fugato rege Edelrado ac in Londonia mortuo, triumphato regno, relictam defuncti regis, filiam ducis
10 Normanniæ, vxorem accepit, ex qua genuit filium nomine Chanutum, cognomento durum, ac filiam vnā quam Conradus imperator accepit filio suo vxorem. Genuit etiam idem Chanutus alios filios duos ex Aluina concubina, Haraldum et Suenonem.
15 Regnauit igitur Chanutus iste senex super tria regna Danorum Anglorum et Noruagiensium annis 20. Moritur autem anno domini 1040.

3 CHANVTVS Haerdeknudt.

20 77. Rex Chanutus durus. Huius temporibus regnauit Haraldus frater in Anglia quatuor annis, et mortuus est, cui successit Chanutus durus, et Sueno secundus frater in Noruegia, annis fere quinque, quo defuncto Noruagienses elegerunt in regem Magnum sancti Olai martyris filium. Quod cum rescisset
25 Chanutus durus, cum Danis et Anglis Noruegiam inuasit, vnde inito foedere, hac lege per amicos communes sunt reconciliati, vt qui fuerit alteri superstes vtrumque regnum possideret. Chanutus vero durus paulo post mortuus est, cum regnasset annis nouem.

3 SVENO.

78. Rex Sueno Estridssøn Chanuti duri ex Estrita sorore nepos. Huius temporibus Magnus rex Noruegiæ occupaturus regnum Daniæ ex pacto quod cum Chanuto duro pepigerat, pugnavit aduersus Suenonem ac vicit. Sueno igitur in Schaniam fugiens atque inde in Sueciam fugam parans, audiuit Magnum esse mortuum, qui mox reuersus ab vniuersis Danis in regem eligitur. Regnavit autem annis 28. Huic erant multi filij, quorum quinque ex ijs regnarunt. Iste Sueno erat magnus religionis cultor et præcipuus cleri amator, cui inter ceteros erat charrissimus Wilhelmus Roschildensis episcopus, a quo sustinuit libere coargui et admoneri, siquando admisisset quicquam correctione dignum. Nam quemadmodum in vita sua se mutuo dilexerant, ita in morte quoque non sunt separati. Episcopus enim regio funeri solempni more occursurus iussit parari duo monumenta duoque feretra ex vrbe Roschildensi effferri, cumque cognouisset in Topsøw ore adesse regium funus, erectis in coelum oculis et manibus, si quo rerum auctori seruitio placuisset, vitam a se finiri petiuit. Hæc fatus, veluti in domestico lectulo acquiescens extinguitur.

7 HARALDVS.

79. Rex Haraldus Suenonis filius natu grandior. Huius tempore defecit ab obedientia Danorum Anglia, quæ iam 120 annis fuerat regibus Danorum vectigalis. Et quoniam regiæ functioni erat parum idoneus, sub illius principatu quisque suo voto viuebat,

affectibus magis quam legibus aut æquitati seruiens. Vnius tantum legis editione maximos meruit vulgi fauores, quia concessit reo in purgationem intentati criminis, vt sese iureiurando tueretur, quæ lex hoc
5 nomine erat vulgo gratissima, quod minus periculi formidaret ex periurio quam ex ferro. Erat autem Haraldus iste sacrorum officijs deditus, sed superstitiose magis quam pie, cumque regnasset duobus annis defungitur.

10 4 CHANVTVS.

80. Rex Chanutus sanctus secundus Suenonis filius. Iste Chanutus erat non solum egregius pietatis et religionis cultor verumetiam magnus iustitiæ amator. Videns autem regni incolas adhuc dubitare in
15 multis ad Christianam pietatem religionemque spectantibus, nec esse ceteris per orbem Christi fidelibus legibus et ceremonijs pares et conformes, cum essent ob contemptum regiæ iussionis, qua præcepti erant expeditionem facere in Anglos rebellantes,
20 grandi pecunia mulctandi, remissa pecuniaria mulcta, religiosa pietate vrgebat, vt ritu aliarum nationum Christianam religionem profitentium decimas suis sacerdotibus soluerent. Qui perfidia Olai fratris et proditione cuiusdam Blacconis diuersum persuasi,
25 præcipue Iuti aquilonares frequenter perfidi, insurrexerunt aduersum iustum et sanctum regem, fugientem in Fioniam persequentes, vbi in vrbe Othonia sanctum Dei martirem crudeliter occiderunt in Basilica quæ nunc diuo Albano sacra est, anno regni
30 sui decimo, cuius crudelem interfectionem fuisse

verum martirium, diuina pietas multa miraculorum frequentia declarauit, perijt anno 1088.

3 OLAVVS Hunger.

81. Rex Olauus tertius Suenonis filius. Hic ab exilio Flandrensi reuocatus, remisso Nicolao fratre, 5 quem vadem pro Olauo redemptione dederunt, omnium suffragijs rex creatur. Huius temporibus in ultionem immanissimi parricidij tanta fuit annonæ caritas, vt multi fame morerentur. Quæ non tantum obscurorum familias vexabat, sed etiam vsque ad 10 regis penates peruenerat, quos cum videret rex periclitari mensarum inopia, diuinum natalem celebraturus, rogauit Deum vt si quid iræ aduersus populum concepisset, suo, non eius periculo satiaret. Nec difficiles numinis aures habuit. Nam eadem nocte 15 esurientem ac parricidij poenitentem animam efflauit, anno septimo regni sui, domini 1095.

3 ERICVS Eigotæ.

82. Rex Ericus cognomento et re ipsa bonus. Fuere huic Erico filij Haraldus, Chanutus et Ericus, 20 sed primus concubina, secundus matrimonio, tertius adulterio ortus proditur. Erat autem Ericus iste simul fortis et mansuetus tenuitque medium temperamentum inter desidiam et ferociam, quamobrem maioribus formidulosus, minoribus vero percharus fuit, 25 cum hos paterna indulgentia, illos regia seueritate insequeretur. Filias quoque complures ex concubinato habuit. Huius temporibus factus est Ascerus

quidam clarissimo inter Iutos loco natus, primus Archiepiscopus Lundensis, prius enim parebant omnes Danici regni Episcopatus Archiepiscopo Bremensi. Sub hoc Erico vixit gloriosus Skialmo Candidus, educator filij Erici, nimirum Chanuti ducis. Tandem octauo regni sui anno pro expiatione suorum peccatorum religiosam amplexus est peregrinationem, Iudæam versus, electis procerissimis quibusque peregrinationis socijs, vt sui corporis proceritatem consentaneo sociorum habitu minueret, in ea vero peregrinatione mortuus est in Cypro Insula toto orbe famatissima, vbi etiam non sine grandi miraculo sepultus est, eadem Insula ab illius sepultura defunctorum cadauera continente, quæ ante non poterat continere, Anno domini 1105.

NICOLAUS.

83. Nicolaus quintus Suenonis filius. Huic erat filius nomine Magnus ex vxore Margareta, filia regis Sueciæ, homo crudelissimus et impius, qui etiam interfecit Sanctum Chanutum martirem et ducem, ipsius quoque fratrem Haraldum. Iste Nicolaus bello superatus ab Erico Emund, occiso Magno filio, fugit ad Slesuicum, vbi a Iutis interfectus est in vltionem Chanuti ducis, qui erat Iutis charissimus, Anno domini 1135.

4 ERICVS Emundt.

84. Ericus Emundt. Hic interfecto fratre suo Haraldo, vniuersisque liberis eius submersis, tandem regnavit. Bello etiam vicit et interfecit Mag-

num fratris sui Chanuti ducis interfectorem. Pacem igitur bello quæsitam iustitiæ ornamentis excolere studuit. Grauitè enim animaduèrtere coepit in potentiores et maiores, qui minores iniuria afficiebant, vnde neque familiaritati neque necessitudini parcebat, maiorum enim inconsultam auariciam aut ferro aut laqueo castigabat, quo studio et principum odia et plebis obsequia contraxit. Hic Ericus ab Episcopo Roschildensi Eschillo ob simultatem inter illos exortam pulsus est in Iutiam, Sielandensibus opem Eschillo ferentibus, solis Skialmonis filijs seditionis consortium detrectantibus, sed vt ad eos impunitas redundauit, ita ad Eschillum poena concessit. Rege enim cum Iutica classe reuerso, patris et patruì interuentu vsus vicena auri talenta mulctæ nomine persoluit. Tandem a Plogo quodam claro loco inter Iutos nato, coram rege cuidam ex plebe de se queritanti respondente, lancea transuerberatus occubuit Anno domini 1139, cum quatuor tantum annis regnasset.

20

5 ERICVS Lamb.

85. Ericus Lamb Erixi ex sorore nepos. Hic præter solam animi fortitudinem nihil a natura dotis acceperat. Sicut enim erat prudentia vacuus, ita parum amènus eloquio, qui confectis aliquot bellis aduersus Olauum auunculi sui Haraldì filium, tandem Othoniæ factus est monachus, moritur anno regni sui octauo, natiuitatis vero Christi 1147.

25

4 SVENO.

86. Sueno Erici Emundi filius. Huius temporibus
ambiebant regnum etiam Chanutus Magni filius et
Waldemarum Chanuti ducis filius, variantibus inter
5 sese populi suffragijs. Igitur Schanienses elegerunt
Suenonem vna cum Sielandis, Iutorum principatum
tenente Chanuto, inter quos ancipiti semper fortuna
pugnatum est annis decem. Ab hoc Suenone cap-
tus est et per ludibrium in templo Beati Laurentij
10 suspensus Eschillus Archiepiscopus Lundensis. Vbi
ergo Sueno iste nulla certa victoria viderat sibi to-
tius regni principatum contigisse, desperabundus
fugit in Saxoniam. Interim Dani conuenerunt eli-
gentes duos reges Waldemarum filium Chanuti du-
15 cis, filii Erici boni, et Chanutum filium Magni inter-
fectoris Beati Chanuti, hac lege vt simul regnarent.
Quod cum audisset Sueno, ex Saxonia reuersus hanc
meruit gratiam, vt cum alijs duobus regni consorti-
um acciperet, partito in tres partes vniuerso regno.
20 Sueno igitur Saxonum præsidij et armis fretus mox
Chanutum Roschildiæ dolose occidit, occisurus
etiam Waldemarum, nisi beneficio Hesberni Snare
nepotis Skialmonis Candidi seruatus ac in Iutiam
maximo naufragij periculo fuisset transuectus. Quem
25 cum insequeretur Sueno eodem anno in prælio, quod
Grathemosæ commissum est, a Waldemaro victus et
occisus est, vnde et iustas dedit perfidiæ poenas.

5 CHANVTVS.

87. Chanutus filius Magni, filij Nicolai regis, in-
30 terfectoris Beati Chanuti ducis. Hic naturam a patre

sortitus, a paternis moribus erat alienus, cumque duodecim pene annis dubia spe regnasset, tandem a Suenone perfidissimo Roschildiæ per insidias nocte occiditur.

I. WALDEMARVS.

5

88. Waldemarum Chanuti ducis filius, non solum naturæ, sed etiam pietatis paternæ heres egregius. Hic, interfecto publico prælio perfidissimo Suenone, tandem solus regnavit. Huius temporibus, cum frequentes facerent incursiones Saxones in Iu- 10
tiam, Waldemarum et Absolon Episcopus Lundensis, ut multis annis arcerentur ab huiusmodi incursionibus, extruxerunt murum cocti lateris super vallo olim factum in eandem rem ab illustrissima Danorum regina Thyra Danebod, matre Haraldi Blotand, quam 15
quidem structuram appellabant Danewirke. Hic Waldemarum cum esset multis victorijs gloriosus, admirandis etiam rebus eximius, triumphata Rugia atque per Absolonem ad fidem conuersa, cum filiam suam dedisset Friderici Imperatoris filio vxorem 20
vidissetque sanctissimum patrem suum diuorum catalogo adscriptum filiolumque suum regni diademate ornatum, tandem mortuus est, cum regnasset annis 25, Anno domini 1182.

6. CHANVTVS.

89. Chanutus primus Waldemari filius, qui per 25
Absolonem Episcopum terra et mari gloriose beligeratus est aduersus Romanum imperatorem, contententem Danorum regnum semper liberrimum

esse imperij feudum. Holsatiam igitur et Dithmarsiam triumphavit; tandem cum regnasset annis 22, mortuus est anno Christi 1203.

2. WALDEMARVS.

5 90. Waldemarus Seyer, Chanuti frater. Iste Waldemarus fuit multis victorijs gloriosus, qui Danis fertur etiam legem composuisse, antiquas leges aut emendasse aut in ordinem redegeisse. Noruegiam vicit, cui regem tributarium dedit Erlingum quendam ducemque constituit Philippum. Accepit autem vxorem nomine Dagmar, filiam regis Bohemiæ. Huius temporibus initium habuerunt ordines minorum et prædicatorum scilicet anno domini 1208. Et eodem anno pugnatum est in Lena Westgotiæ, duce 15 Suerchero Hack rege Sueciæ, filio regis Caroli intercepti a Chanuto rege, filio sancti Erici, in cuius vltionem Suercherus interfecit omnes Chanuti filios, vnico Erico filio in Noruegiam euadente. Huic Suerchero auxilium a Waldemaro postulanti, additæ sunt 20 Danorum copiæ fortissimæ, virorum scilicet octodecim milia, sub principibus belli Ebbone Sunonis et Laurentio illius fratre, fortissimis pugnatoribus, filijs domini Sunonis Sielandici de Knarretorp, factaque est magna vtriusque exercitus strages; ceciderunt in eo prælio præfati belli principes. Pugnatum 25 est autem pridie Kal. Febr., cessitque victoria Suerchero, sed maxima sui exercitus iactura, cæsis innumerabilibus Suecis. Rursum anno 1210 bellatum est in Gylstynreen, vbi rex Suercherus occubuit et 30 dux Folcho, alijque multi viri nobiles de Folchun-

gis, cessitque victoria Suecis. Anno domini 1214, cum defuncta esset regina Dagmar, celebratæ sunt secundæ nuptiæ regis Waldemari cum filia regis Portugalliæ, qui anno sequente constituit filium suum Waldemarum regem in placito Wibergensi, qui tamen ante patrem suum mortuus est anno domini 1231. Ijsdem temporibus cum Otho Imperator armato milite venisset contra Waldemarum regem, occupaturus Holsatiam, si res illi ex voto cederent, verum cum audiisset, regem Waldemarum cum ingentibus copijs sibi occurrere, in fugam est conuersus, nec quieuit, donec vltra Albiam ventum esset. Anno domini 1216 Waldemarus rex terram comitis Henrici vltra Albiam paulatim vastare et populari coepit, extruxitque duas arces non procul ab Hamburg. Ducatum vero Erico filio suo contulit. Comitatum autem, quem ab Henrico Comite vindicauerat, Nicolao filio suo (quem ex pellice habebat) dedit. Anno domini 1223 dolo captus est rex Waldemarus cum filio suo Waldemaro, et in Slauiam deductus. Anno domini 1226 grandi pecunia est redemptus. Anno 1232 coronatus est Ericus Waldemari filius in regem, et frater eius Abel Iutiæ Ducatum accepit. Anno autem 1239 idem Ericus duxit uxorem Iutam nomine, filiam ducis Saxonix. Igitur cum Waldemarus Seyer gloriose regnasset annis 39, mortuus est 1241 in coena domini, quæ erat quinto Kal. April., regno in optima pace relicto, ac filijs omnibus antea matrimonio iunctis.

6. ERICVS.

91. Ericus Waldemari filius, coronatus rex adhuc viuente patre, vir bonus et pius. Hic multis annis aduersus fratrem suum Abel, virum crudelissimum, belligeratus est, a quo tandem dolo capitur, capite-
5 que truncatur in vigilia sancti Laurentij Anno domini 1250.

ABEL.

92. Abel, Erici frater et peremtor, cum duobus
10 annis male et tyrannice regnasset, a Frisonibus est interfectus, iusto Dei iudicio, quod prius ille occiderat regnandi cupiditate innocentissimum fratrem suum, Anno domini 1252.

I. CHRISTOPHORVS.

93. Christophorus, frater Erici et Abelis. Iste Christophorus nullo facinore gloriosus est. Sub illius principatu tanta erat plebis aduersus regem rebellio, vt coacta turba irrumperet in arces regias, quas aut destruxit aut prorsus est demolita. Vno
20 scelere euasit infamis, accepit enim Jacobum Archiepiscopum captiuum, quem carceri mancipauit in arce Hagenscou. Cuius causa regnum nouem annis fuit sub interdicto. Mortuus est Anno domini 1259. Circa hæc tempora obseruatum est quiddam in Suecia, quod a temporibus sancti Erici initium habuit.
25 Cum enim Vplandenses sanctum Ericum, Ostgothi vero Carolum, Suercheri Hack patrem, elegissent, constituerunt vt ex his duabus progeniebus alternis vicibus eligerentur reges. Quæ constitutio durauit

centum annis, vsque ad tempora Birgeri ducis, patris Waldemari et Magni Ladelaass, regum Sueciæ, qui captos dolo præcipuos de Folchungis viros eximios occidit, vt regnum apud illius posteros perseueraret.

5

8. ERICVS.

94. Ericus Klipping. Iste erat multis flagitijs operatus, sacrilegijs, violentis oppressionibus, ac infami libidine ita notatus, vt omnibus haberetur inuisus. Igitur Anno domini 1286 cum ruri ageret venationem, ac nocte beatæ Cecilie dormiret in villa Findertorp Wibergensis diocesis, iaceretque cum multis in horreo quodam grauitè soporatus, ingressi sunt clam septem viri præuia laternula, studio armati, quorum vnus regis caput manui innixum graui pugione crudeliter transuerberat, ceteri vero inuadentes regis cadauer iam exanime intulerunt illi vulnera in vltionem perfidie ipsius regis, ac præcipue nefandæ libidinis, qua expugnauerat corruperatque multarum nobilium matronarum pudorem, inter quas etiam fuerat stuprata vxor domini Stigoti Andree, regni Marscalchi. Iste Ericus dedit filiam suam, nomine Sophiam, Waldemaro regi Sueciæ vxorem, qui ob stuprum sororis eiusdem Sophie e regno pulsus, habuit Magnum Ladelaass fratrem suum successorem.

9. ERICVS.

95. Ericus Mendwidt Erici filius. Hic aliquot victorijs contra Teuthones insignis fuit, Rostochium triumphauit, et iuxta Warnaw turrin extruxit. Huius

30

tempore Anno domini 1287 iuratum est in Dacia a
27 viris nobilibus, dominum Iacobum comitem
Hallandiæ, dominum Stigotum Marscalchum, domi-
num Nicolaum Hallantzfar, dominum Petrum Por-
5 se, aliosque multos illorum complices, veros esse
regis Erici interfectores, qui statim sibi timentes in
Noruegiam fugerunt receptique sunt sub regis Nor-
uegiæ protectione. Anno domini 1293 mortuus est
dominus Stigotus, quondam Marscalchus regis inter-
10 fecti, in insula Hielm, quam arce quadam munierat,
vbi regis interfectores tuta habebant præsidia, vnde
etiam pyriticam exercebant. A Stigoti enim obitu
dispersi sunt ac diuersis locis supplicio affecti. Nam
anno statim sequente captus est Rane Ionsen, qui
15 extra Roschildiam rota percussus occubuit in vltio-
nem interfecti regis Erici, cuius idem Rane fuerat
cubicularius adeoque proditor infamis. Iste Ericus
mortuus est sine liberis anno 1319, cum regnasset
annis 33.

20 2. CHRISTOPHORVS.

96. Christophorus Erici frater, qui electus est
anno 1320. Iste erat regni diademate prorsus indig-
nus ob ignauiam, nec vnquam fortunatus aut felix,
adhæc omnis nobilitatis osor populique vorator. Igi-
25 tur tanquam perfidus princeps sustinuit multorum
rebellionem, quam declinare volens bis e regno fu-
gerat, redijtque spe recuperandi, sed nullo fructu.
Nam Holsatis in pignus dederat vniuersam Scha-
niam. Habebat autem tres filios, Ericum, Othonem
30 et Waldemarum. Ericum regem constituit, vt vna
secum regnaret, verum vterque male regnans in

grauē odium incurrit. Nam regni proceres fugato patre filium captum carceri manciparunt in arce Hadersløf, qua occasione coeperunt Holsatiæ comites regnum ambire, nihil non tentantes, vt Danos in perpetuam quandam seruitutem redigerent, quod animaduertentes Danorum proceres reuocant ab exilio Christophorum regem, et Ericum illius filium a vinculis absoluunt, qui paulo post, breui tempore regnantes, calamitosa morte defuncti sunt. Anno domini 1333 Dominus Magnus Rex Sueciæ redemit vniuersam Schaniam a dominis Holsatiæ, qui illam in pignus acceperant a Christophoro rege Danorum, patre Waldemari Duri. Redemptionis autem pretium erat 70 milia marcarum argenti puri. Videntes autem Holsati ob tyrannidem, qua grassabantur in vniuersam Schaniam, defecisse Schaniæ proceres ad Magnum Smec regem Sueciæ, coacti sunt vendere, quod alioqui non fuissent diu habituri. Anno domini 1340 cum in regno Daniae adhuc esset interregnum, mortuo scilicet rege Christophoro, et nondum ex aula Imperatoris reuerso Waldemaro, Iutiam sunt hostiliter ingressi domini Holsatiæ, Ioannes Dux et Gerardus Comes, eandem mox occupaturi. Cumque Comes Gerardus ad Randrusiam Iutiæ ciuitatem peruenisset ac ibidem sua firmasset præsidia, a nobili quodam viro Nicolao Ebbonis, patriæ libertatis studiosissimo, nocte interfectus occubuit cum multis nobilibus et alijs militibus, quos secum ibidem habebat in præsidijs.

3. WALDEMARVS.

97. Waldemarum cognomento Reprobus. Hic fertur fuisse versutissimus, auarissimus et audacissimus, qui cum offendisset regnum pauperrimum, scilicet a patre suo spoliatum, ab hostibus Alemannis vastatum, a quibus etiam tunc arces multæ possidebantur, mira vafricia vindicauit e possidentium manibus, minima sanguinis iactura, principio regni sui. Cumque iam occupasset totum regnum magno ingenio, sola Schania parente Suecorum regis imperio, tandem quinto anno regni sui, scilicet Anno domini 1340, vindicauit etiam Schaniam, abusus simplicitate Magni regis, ac dolo exustis omnibus eiusdem literis. Anno vero proxime sequente, vindicata Schania, iam aperto Marte inuasit Ølandiam et Gothlandiam, atque cum crudelissime vastasset vtramque, interfectis in Ølandia quingentis viris, in Gothlandia vero duobus milibus, eodem anno amisit Ølandiam, Gothlandia retenta. Iste Waldemarum in asserendo regno fuit admodum gloriosus. Nam ut illud in libertatem assereret, nihil non tentauit: receperat vastatum, spoliatum, depauperatum, et quodammodo in solitudinem redactum, non tam ignauia patris ac fratris, quam exterorum incursionibus, sed liberum et florentissimum reliquit. Hanc tamen illius gloriam obscurarunt insatiabilis auaritia et infamis perfidia, qua, violato iureiurando, coepit tyrannidem exercere aduersus nobilitatem totius regni, quam etiam extinctam cupiebat, quo crudelius grassaretur in omnes, sublato iam metu, qui solet esse officij custos. Ob hanc enim causam pertulit ab ip-

sis proceribus frequentes rebelliones, non insidiantibus regi et crudeli et formidabili, sed magis sibi prospicientibus, ne perirent, quorum tamen rebellionem crudeliter vlta est in multos Margareta illius filia, trium regnorum regina, quantumuis visa sit alijs claris dotibus spectabilis. Erat autem Waldemar⁵us iste adeo irritabilis in omni re, vt etiam facile fuisset fidem relicturus, nisi obstitisset religiosus quidam pudor. Nam Romano Pontifici ob tyrannidem et perfidiam interdictum et excommunicationem minitanti, fertur in hæc verba respondisse: Waldemar¹⁰us Rex etc. Romano Pontifici salutem: Naturam habemus a Deo, regnum ab incolis, diuitias a parentibus, fidem vero a tuis prædecessoribus, quam, si nobis non faues, remittimus per præsent¹⁵es. Vale. Habebat autem vxorem nomine Heluig, filiam Waldemari ducis Slesuicensis, ex qua sustulit duas filias, vnam quæ nupsit Haquino Noruagiensium regi (hæc fuit Margareta regina trium regnorum), alteram quæ nupsit duci Magnopolensi, cui genuit²⁰ duas filias, matrem Erici regis de Pomerania et Christophori regis de Bauaria. Cumque multis annis regnasset Waldemar²⁵us, mortuus est in arce Gorra a se extracta, sepultus Soræ cum patre suo, Anno domini 1375.

MARGARETA.

98. Margareta Waldemari filia nonagesimo octauo loco regnauit, mulier crudelissima et inferno digna, Suecorum sententia, verum Danorum opinione Christiana et religiosa valde, et adeo potentia, for-³⁰

tuna, victorijs, diuitijs et prudentia gloriosa, vt fortunatissimos viros videatur non solum æquasse, verum etiam longe superasse. Hæc regnante patre nupsit Haquino filio Magni Smeck, qui fuit rex Sueciæ et Noruegiæ, cui vnicum filium genuit, Olauum nomine, Anno domini 1371, qui fertur ignota morte perijsse, nondum accepto regno, Anno 1387. Regnauit autem post mortem mariti sui Haquini annis 32. Bellum enim ab Haquino marito coeptum aduersus Albertum regem Sueciæ illa gloriose perfecit. Anno enim domini 1389, misso ex Dania grandi exercitu, sub principe belli domino Iuaro Lycke, pugnatum est in Asle aduersus Albertum regem Sueciæ, cessitque fortuna ipsi Margaretæ victoriam, captusque est Albertus in prælio, vna cum filio suo Erico duce, simulque cum illis capti sunt Rodolfus Episcopus Scarensis, Dux Magnopolensis, regis Alberti pater, Comes Holsatiæ et Comes de Reppin, alijque multi Barones et proceres, interfectis multis milibus plebis. Nam equites aurati ibidem cæsi fuerunt 19, exceptis alijs nobilibus, qui nominati non sunt. Nam vt erat gloriosa victoria, ita præcesserat atrox bellum. Captus est igitur Albertus et in Daniam ductus, sex annis in captiuitate durat. Liberatus est autem a captiuitate anno domini 1395, circa festum beati Michaelis, hac lege, vt præfixo termino aut solueret reginæ 60 marcharum milia argenti puri, aut fieret deditio ciuitatis Holmensis, aut rediret, in captiuitate perduraturus. Cum nec rediret nec soluere valeret tantam summam, scripsit Holmensibus, et mox consequuta est deditio. Sicque obtento vniuerso regno gloriose regnauit, pepegitque foedus

illud solemne, quod tria regna coniunxit, quod vtinam durasset in hodiernum vsque diem. Ictum erat foedus hac lege, vt in electione regum alternis vicibus haberet Dania primum suffragium, Suecia vero alternis. Et quoniam in electione Erici regis Dania primum habuerat suffragium, mox in electione Christophori regis etiam vsurpabat primum, qua temeritate et arrogancia offensi Sueci statim elegerunt sibi proprium regem, Carolum Chanuti, maximo vtriusque regni dispendio. Hæc Margareta cum orbata esset posteritatis spe, nimirum mortuo Olauo filio, vocatum ad se Ericum nepotem ex Pomerania in regem eligendum curauit, anno domini 1396, cum esset quatuordecim tantum annorum, qui statim anno sequente Calmariaë coronatus est ab Archiepiscopis Lundensi et Vpsalensi, præsentibus Episcopis Lincopensi, Scarensi, Strengenensi, Arosiensi, Vexionensi, Arusiensi, Ripensi, Orcadensi, vbi creati sunt ex tribus regnis equites aurati centum et viginti tres. Itaque Margareta cum Erico habebat commune regnum vsque ad diem mortis suæ, accepitque illi vxorem, filiam regis Angliæ, nomine Philippam, anno domini 1406. Celebratæ sunt nuptiæ Lundis eodem anno, circa festum omnium sanctorum. Cumque diu regnasset, semper cleri amatrix, magno laicorum odio, tandem mortua est, ac Roschildiæ sepulta sepulchro precioso, anno domini 1412, circa festum Simonis et Iudæ.

10. ERICVS.

99. Ericus filius ducis Pomeraniæ, Waldemari pronepos. Hunc Ericum narrant Suecorum Chronica sic educatum fuisse a Margareta in omni perfidia et
5 crudelitate, vt Waldemaro nihil fuerit inferior, imo perfidia superior, adeo vt dicant eum ex Margaretæ vberibus suxisse quicquid malitiæ illa velut hereditario iure a patre crudelissimo et versutissimo possederat. Obtestata enim super literis et iuramentis
10 seruandis, de fide castrensi non in externos transferranda, solita erat respondere: Seruate vos qua potestis diligentia nostras literas, nos curabimus arces seruari. Hic Ericus obtestatus de seruando iureiurando fertur eadem sententia respondisse Suecis: Eders
15 Ia-Herre wil iag icke werre. Huius temporibus fecerunt Alemanni grauem irruptionem in regnum Danorum, sed nullo suo commodo, Philippa regina et senatu regni aduersus illos pugnantibus et vincen-
20 tibus. Rex autem Ericus visus est bellis nihil aliud quæsiuisse, affectasse vel desiderasse, quam suorum procerum et nobilium interitum, ideoque fertur amasse bellum, victoriam non amasse, semper contentus cladem aliquam suorum fidelium procerum accepisse. Qui cum erga omnes esset perfidus et
25 iniquus, Suecis tamen quam Danis erat iniquior, aut sic a Margareta edoctus, quæ Suecis fuerat semper durissima, aut affectu priuato. Nam quo semper posset Suecis infestus esse, ab vtroque regno deturbatus, elegit Gothlandiam insulam tanquam exilij
30 tutissimum præsidium, vnde pyriticam perpetuo in Suecos exercuit, Danis interim parcens, quibus etiam,

recedens et in Pomeraniam rediens, tradidit totam Gothlandiam possidendam et asseruandam. Aduersus hunc Ericum feruntur multa descripta accusationum capita, quibus palam est illum e regno fuisse iustissime profligatum, et inter ceteras grauissimas querimonias 27 prodiones capitales et infames. Cumque diu regnasset, multis adulterijs opertus, voluptatibus deditus, periurio, rapina, perfidia, violentia, tyrannide et prodione sceleratissimus, conspiratione solemnium omnium procerum regni publicam libertatem optimo iure asserentium consternatus, sibi male conscius fugit in Gothlandiam, compilatis regni thesauris, ac comitatus vnica concubina præ ceteris charissima, cui nomen Cæcilia, quæ non minimam præstitit expulsionis causam, cum esset illi multorum malorum incentrix et consultrix. Fugit autem anno domini 1438, cum a coronatione sua regnasset annis 41.

3. CHRISTOPHORVS.

100.¹ Christophorus dux Bauariæ, etiam Waldemari pronepos. Hic electus est in regem consilio Erici regis. Cui si contigisset vita diuturnior, euasisset valde gloriosus, præcipue aduersus petulantiam ciuitatum, quæ a² gallinis nomen habent. Nam ad illarum petulantiam coercendam et refrenandam (qua etiam regnis ac principibus minitantur) videbatur valde idoneus, vehementer enim dolebat, Lubecam olim a Danis extractam Danorumque regibus subiectam, sic per prodionem libertatem vindicasse, vt illi nunc dominari cupiat, cui prius sub-

iecta seruiebat. Ad eam igitur rem perficiendam collegit ab vniuerso regno ingentem pecuniarum vim. Vnde offensi Iuti Aquilonares, excitata tragedia et graui seditione, rebellare tentantes, a rege victi sunt
5 grauiterque mulctati. Cumque duxisset vxorem filiam Marchionis Brandeburgensis, nomine Dorotheam, sine liberis mortuus est anno regni sui septimo, scilicet anno domini 1448, in arce Helsingburgo. Erat autem Christophorus iste Danis quidem acceptus,
10 sed Suecis inuisus, quibus tamen ad mortem vsque dominatus est.

I. CHRISTIERNVS.

101. Centesimus primus rex Christiernus, eius nominis primus, filius Friderici comitis de Oldenburg. Electus est autem consilio domini Adolphi ducis Holsatiæ, cuius erat consanguineus, qui ducta vxore Dorothea, præcessoris sui Christophori relicta, quæ peperit illi filiam vnam nomine Margaretam, postea regis Scotiæ vxorem, ac duos filios, Ioannem
20 et Fridericum. Hæc electio facta est anno domini 1448. Huius temporibus plane defecit Sueciæ regnum a foedere trium regnorum, coronato sibi proprio rege Carolo Chanuti filio, eiusdem regni Marscalcho, quo tandem expulso ob tyrannidem et perfidiam,
25 assumptus est Christiernus etiam in Sueciæ regem sed paruo tempore regnantem, seditionem aduersus illum mouentibus Suecis quibusdam, natura factiosis, Carolo iam reuocato ex vrbe Gedanensi, in qua 7 annis exilium transegerat. Iste Christiernus, cum
30 erat natura clemens, egregiusque pecuniarum con-

temtor, nec odij tenax aut iniuriarum vindex, habuisset suo seculo regnum minime violentum, parum etiam cruentum, si calumniatores quidam illius simplicitate non fuissent abusi in magnam regni Sueciæ 5
perniciem. Archiepiscopus enim Vpsalensis, Dominus Ioannes Benedicti, vir nobilissimus, falsis delationibus quorundam calumniatorum a rege Christiernus captus atque ludibrijs affectus multis, in Daniam etiam missus, vbi magna iniuria calamitose vixit, cuius tamen patrocínio ac præsidio Christiernus rex adeptus erat regni diadema. Idem enim Archiepiscopus succensus patriæ libertatis amore, odio habens Caroli regis maximam perfidiam, crudelissimam tyrannidem atque insatiabilem auaritiam, semper restitit Carolo regi, principi perfidissimo, quem 15
sciebat contra trium regnorum solemne foedus priuatis quorundam suffragijs violenter intrusum fuisse regem. Rex tamen Christiernus, deprehenso calumniatorum dolo, a captiuitate absolutum Archiepiscopum in Sueciam magno cum honore remisit, qui 20
restitutus gradui pristino, contempta captiuitatis iniuria, ad mortem vsque magna Suecorum perfidorum admiratione permansit regis Christierni regno ac principatui fidelissimus. Cum igitur Christiernus iste grandi pecunia, partim a regni tributis collecta, 25
partim vero a Christophoro præcessore relicta, Holsatiæ ducatum redemisset, Sueciam armis vicisset, Gothlandiam occupasset, Erico rege decrepito in Pomeraniam reuerso, filioque suo Ioanni vxorem accepisset, vrbemque Romam religionis gratia visi- 30
tasset, regnassetque annis ferme triginta tribus, anno domini 1481 inter Pascha et Pentecosten diem clau-

sit extremum, fortitudine, armis et victorijs potens, misericordia, gloria et magnificentia diues, fide vero ac religione pius, sepultusque est Roschildiæ, in sacello quodam a se fundato et extracto atque amplissimis possessionibus dotato, quod ad australem plagam adhæret Basilicæ beati Lucij martyris, cuius religiosus cultus et ornatus, sacræ diuorum quoque reliquiæ ex vrbe Roma delatæ, quæ ibi visuntur, testantur Christiani principis religiosam pietatem.

IOANNES.

10
102. Centesimus secundus rex Ioannes, eius nominis primus. Hic vxore ducta, nomine Christina, filia domini Ernesti ducis Misniæ, genuit duos filios, Christiernum et Franciscum, et filiam vnam, nomine
15 Elizabet, quæ nupsit domino Ioachimo Marchioni Brandeburgensi. Iste Ioannes coepit regnare statim ab obitu patris sui Christierni, multisque annis, nimirum pene triginta duobus, Christiane regnum Danorum moderatus. Nam principio regni sui, consilio
20 prophanorum procerum, decreuerat molestus esse viris ecclesiastici ordinis, postea vero, cum sentiret prophanos inueterato odio (quo laici sunt clericis semper offensi) id suasisse, sententiam decreti sui mutauit. Igitur ad finem vsque vitæ suæ erga
25 clerum fuit optime affectus, deprehenso procerum dolo. Quod si non tanta pietate dilexisset vniuersum clerum, veneratusque fuisset omnia religionis Christianæ sacra, multa fuissent aduersus cleri libertatem a proceribus quibusdam tentata, quæ successerunt
30 illis sub principatu regis Christierni famosi tyranni

et Friderici primi nuper defuncti. Erat autem rex Ioannes tanta præditus solertia, vt prudenter nobilium quorundam insania frueretur, quos cum mira comitate sibi conciliasset, ob mutua tamen ipsorum dissidia ac quotidianas iniurias, quibus se inuicem afflictabant, grauitè in eos animaduertebat, quibus tamen nulla videbatur intolerabilis mulcta, quod omnia leniret incredibili affabilitate. Quod si temperasset a bello et sanguine (in quæ tamen casu magis quam proposito inciderat) abstinuissetque ab iniqua sententia, qua decernebat contra heredes domini Pauli Laxmand magistri equitum, fuisset sane princeps et optimus et felicissimus. Porro cum in rebus mortalium nihil sit ab omni parte beatum, et optima quæque desiderantur verius quam habentur, non minimam laudem merentur hi, qui vitam agentes in delicijs ac opibus huiusque caduci seculi strepitu et pompa, multis adulatoribus, calumniatoribus et parasitis obnoxij, mediocritatem seruare potuerunt. Huic principi bellum meditati aduersus dominum Stenonem Sture, regni Sueciæ gubernatorem, restitit Dorothea mater, quamdiu vixit. Nouit enim prudentissima mulier, tantam esse Suetici populi perfidiam, vt quacunque ratione victi et subiugati, non essent tamen diu fidem seruaturi. Mortua vero matre pugnavit ac vicit, vix tamen triennio possedit, rebellantibus Domino Stenone et Suantone proditoribus perfidissimis, maximo in hodiernum diem vtriusque regni detrimento. Triumphauit autem anno domini 1497. Anno vero 1501 defecerunt ab illo, obsessa et tandem capta in arce Holmensi regina Christina. Porro cum Suecorum proceres in defectione aduer-

sus aliquot reges, cum Daniæ, tum Sueciæ, a multis excusentur, deficientes nihilominus a rege Ioanne nec apud cordatos Suecos excusationem habent, quoniam ipsius regnum fide plenum ab omni violentia
5 omnique tyrannide liberum fuerat. Quod si Waldemari, Margaretæ, Erici, Christophori, Christierni quoque secundi regna fuissent tam incruenta, tamque procul a tyrannide et violentia, adhuc fortasse illibatam trium regnorum foedus durasset, nisi populi
10 alioqui ad seditionem nati obstitisset perfidia. Vno tantum bello Ditmersiensi fuit infortunatissimus, quod gestum est anno domini 1500, vbi superis non fauentibus feruntur perijsse multi viri nobilissimi ac clarissimi. Dicebatur enim vulgo idcirco illos in-
15 felici Marte pugnasse, quod ante conscriptam militiam conspirassent aduersus cleri et ecclesiasticorum libertatem, quorum redditus et possessiones gloriabantur se mox occupaturos, victores bello Ditmersiensi reuersos. Quod si feliciter successerit ijs, qui
20 sub exorto Lutheranismi non iam similia moliebantur, imo longe maiora, non solum in quorundam prælatorum perniciem, sed in exitium totius cleri, studiorum, literarum, disciplinarum, omniumque sacrorum totius Christianæ religionis, posteritatis
25 esto iudicium. Ceterum bello nauali erat fortunatior, quo frequenter triumphauit, ac præcipue aduersus Lubicenses, perpetuos Danici regni osores. Mortuus est autem peste captus in ciuitate Olburgensi, mense Februario, die 20, anno domini 1513. Hic
30 princeps post fata multorum lachrimis est desideratus, etiam illorum qui viuentem auersabantur, quando iam videbant filij principatum minari cruentam ty-

rannidem horrendumque et inauspicatum exitum portendere.

CHRISTIERNVS.

103. Centesimus tertius rex Christiernus secundus, Ioannis filius. Hic ex florentissimo regno post patrem accepto reliquit tam calamitosum, vt nunquam fuerit a condito orbe calamitosius. Erat enim famosus tyrannus, quia omnibus tyrannis superiorum seculorum maior, crudelitate, impietate, periurio, sacrilegijs et perfidia adeo infamis, vt qui Neronem, 10 Phalaridem et Syllam cum hoc contulerit, is semiunciam cum asse contulerit. Ceterum quia viuit adhuc toto orbe famosissimus, rebus ipsis de illius tyrannide testimonium perhibentibus, post fata habiturus est in scriptis memoriam tam immanibus flagitijs dignam. 15

ΤΕΛΟΣ.

CHRONICON SKIBYENSE

1 **A**nno ab orbe reconciliato Millesimo quadragesi-
mo sexto, electus est in regem Danorum Sueno
quidam, Chanuto duro ex sorore Estride nepos, a
qua etiam cognomentum accepit, repudiato patris
5 sui Wlffonis cognomento, ob maternam pudicitiam
ab eodem Wlffone, pretextu legitimi coniugij, max-
imo dolo stupratam. Vnde non est vulgo dictus ab
Wlffone patre, sed ab Estrida matre, Suend Estrid-
søn. Hic inter multos, quos genuerat filios, duos
10 habuit insigni pietate ac probitate uiros, qui erant
maxima patrię ornamenta. Quorum primus dictus
Chanutus, martyr dei effectus (quando Ottonie a
perfidis Iutis et Pheonibus in caussa pietatis ac re-
ligionis interfectus occubuit) gloriosissimus euasit.
15 Secundus uero Ericus, ex reipsa cognomento bonus,
2 solo martyrio Cha-|nuto fratre minor, in ceteris uero
pietatis dotibus aut equalis aut etiam maior. Anno
autem regni sui octauo Hierosolymam profectus,
mortuus est in Cypro, insula toto orbe famatissima,
20 ubi etiam non sine grandi miraculo sepultus est,
eadem insula ab illius sepultura defunctorum cada-
uera continente, que antea continere non poterat.
Igitur ex his preclarissimis uiris propagatum est,
quicquid regie stirpis nunc reperiatur in his tribus

regnis, quod ex subiecta genealogia luce clarius deprehendi potest.

Chanutus enim, post Haraldum fratrem ceteris fratribus etate grandior, vxorem duxit filiam comitis Flandrie, ex qua filium vnum nomine Carolum, 5
duasque filias Ceciliam et Ingridim genuit. Carolus iste, factus postea Flandrie Comes hereditario iure, creditur pater fuisse multorum | ac magnorum prin- 3
cipum, inter quos plerique non tam ditionis, quam nominis fuerant heredes, ab hoc Carolo frequenter 10
Caroli nuncupati. Ingrid uero iunior filia nupsit cuidam domino Folckoni, uiro in Suetia nobilissimo, cui genuit Benedictum quendam, patrem Magni Manneskiold, a quo ex Ingrid Wlffue genitus est nobilissimus quidam dux Birgerus cognomento Ierll. 15
Hic igitur, quarto gradu distans a beato Chanuto rege et martyre, factus est pater (vt uidebitur) duorum regum, Waldemari ac Magni Ladelaas.

Ericus uero bonus (de quo paulo antea) genuit Chanutum ducem ac sanctum martyrem, patrem 20
Waldemari primi Danorum regis, cuius filia Rykissa nomine nupsit Erico regi Suecorum filio Chanuti, filij sancti Erici regis et martyris, | genuitque eidem 4
Ericum regem ex re cognomento blesum, qui absque liberis mortuus est, et Ingeburgem filiam. Hec 25
filia, linea quarta distans ab Erico bono, ducta est uxor a duce Birgero Ierll, totidem gradibus a sancto Chanuto martyre Erici boni fratre distante, genuitque duos reges Waldemarum et Magnum Ladelaas.

Porro Waldemarum duxit uxorem filiam regis Danorum Sophiam nomine, cuius pater Ericus, Waldemari regis (qui Danis legem scripsit ac in ordinem 30

redegit) filius, a fratre suo Abel est dolose interfectus, que res causam dedit Waldemaro perpetrandi stupri, ob quod regno ac diademate est spoliatus. Habebat enim Sophia regina sororem nomine Iudit, 5 que interfecto patre sororis desiderio ardens, postquam in Suetiam uenisset, ab ipso rege sororis marito compressa est, maxima regni Suetie turbatione. 5 Waldemaro igitur fugato ac tandem sine legitimis liberis defuncto, successit frater eius Magnus cognomento Ladelaas, qui ducta filia comitis Holsatie in uxorem, genuit tres filios, Birgerum regem, Waldemarum et Ericum duces. Porro Birgerus interfectis fratribus suis, atque amisso filio suo Magno, qui ob paternum scelus capite truncatus est, fugiens in 15 Daniam, exul mortuus est, ac Ringstadij sepultus. Hic periisset regium semen, nisi dominus in Erico duce interfecto sibi posteritatem reseruasset. Quandoquidem iste Ericus tercius filius Magni Ladelaas regis, olim ex Auinione reuersus (quo fuerat peregre 20 profectus amore ac desiderio summi pontificis ibidem tunc sedem habentis) duxit uxorem filiam regis Haquini senioris, Noruagie regis, ex qua binam prolem sustulit, Magnum Smeg regem Suetie ac Noruegie patrem Haquini iunioris, mariti Margarethe 6 regine trium regnorum, et Euphemiam filiam. Hic iterum periisset regie stirpis propago (quia vnicus Haquini et Margarete filius Olauus nomine sine liberis ante diem obiit) nisi dominus in hac filia nobis semen prouidisset. Siquidem hec Euphemia 25 facta est mater multorum magnorumque principum. Nupsit autem duci Magnopolensi: cui peperit Albertum postea Suetie regem, et Henricum ducem, qui

duxit uxorem, filiam Waldemari regis sororem Margarethe regine, ex qua genuit duas filias. Prima nupsit duci Pomeranię, cui peperit Ericum, regem trium regnorum. Secunda uero nupsit duci Bauarie, cui peperit Christophorum, etiam trium regnorum regem. 5

Hic iterum extincta fuisset regie stirpis scintilla, quoniam tam Ericus quam Christophorus sine liberis mortui sunt, nisi supradicta Euphemia Noruagiensis succurrisset nobis in filia, quam post duos filios Albertum et Henricum peperit duci Magnopolensi, nomine Ingeburgem. Hec filia nupsit Henrico comiti Holsatię, peperitque illi Gerardum comitem, qui ducta uxore Elizabeta filia Ottonis ducis Brwnsuicensis, genuit filiam nomine Helwig, que cum nupsisset Friderico comiti Oldenburgensi, peperit eidem tres filios Ottonem et Gerardum comites ac Christiernum primum Danorum regem, patrem duorum filiorum Ioannis et Friderici, quorum uterque regnauit diuersa tamen sorte, ut ex sequentibus patebit. 10 15 20

Mortuo igitur Christophoro rege filio ducis Bauarię anno restitutę salutis nostrę .1448. Electus est in regem, consilio domini Adolphi ducis Holsatie, Christiernus primus eiusdem ducis consanguineus, qui ducta uxore Dorothea, relicta Christophori precessoris sui, que peperit duos filios Ioannem ac Fridericum et filiam vnam Margaretam nomine, que regi Scotorum vxor facta, genuit Iacobum regem Scotię, qui pugnans aduersus Anglos fertur in bello occubuisse. 25 30

Huius Christierni temporibus defecit Suetię regnum a federe trium regnorum, electo sibi proprio

lumniatorum a rege Christierno captus atque multis ludibriis affectus, in Daniam etiam missus, ibidem magnam passus est calamitatem, verum summa iniuria. Archiepiscopi namque beneficio adeptus erat rex Christiernus regni diadema, qui patrie libertatis succensus amore (odio habens Caroli regis maximam perfidiam, crudelissimam tyrannidem, atque insatiabilem auariciam) semper restitit Carolo regi principi perfidissimo, quem sciebat etiam contra trium regnorum solenne fedus, priuatis quorundam suffragiis electum fuisse regem. Rex tamen Christiernus cognita calumniatorum malicia, a captiuitate absolutum archiepiscopum in Suetiam magno cum honore remisit, qui restitutus gradui pristino, contempta captiuitatis iniuria, ad mortem usque, magna Suecorum perfidorum admiratione, permansit regis Christierni regno et principatui fidelissimus.

Huius Christierni temporibus anno domini .1452. graui incendio ac depopulatione vastauit magnam Schanie partem Carolus rex, Christierni presidia ex reliqua parte Danie prohibente glacie, mare Balticum adeo replente, ut nusquam haberetur in Schaniam traiectus.

Anno etc. 1472. visus est cometa magnus per totam Europam, quo anno vita functus est Reuerendus archiepiscopus Lundensis, sacre theologie professor D. Thuo Vibergensis. Cui successit vir nobilis D. Ioannes Brostorp Christierni regis Cancellarius.

Anno .1474. Christiernus rex veterum principum religione ac pietate commotus Rhomam peregre

profectus est, sub pontificatu Sixti quarti. A quo idem rex impetrauit facultatem erigendi publicam Academiam in ciuitate Haffnensi.

12 Anno .1476. eiectis monachis ordinis diui Benedicti Monasterij Ottoniensis, intro-|ducti sunt seculares canonici, magna monachorum iactura et iniuria. Vtrisque igitur de iure loci atque reddituum certantibus, tandem post quatuordecim annos victoribus monachis restitutum est monasterium.

10 Anno .1477. Missi sunt ad Ernestum ducem Mysnie a rege Christierno paranympi, eiusdem Ernesti filiam Christinam nomine, sponsam ducturi D. Ioanni electo regi Danorum primogenito filio regis Christierni.

15 Eodem anno ictum est fedus inter Danos et Suecos Calmarnie, sub gubernacione Stenonis Sture, quod multis annis magno vtriusque <regni> bono durauit.

Anno .1478. celebrate sunt nuptie inter Ioannem regem et Christinam filiam Ernesti supradicti in ciuitate Haffnensi, presentibus ibidem multis principibus viris.

Eodem anno venerunt ex Colonia, incepturi nouam vniuersitatem in ciuitate Haffnensi, magister Petrus de Scotia sacre theologie baccalaureus, magister
25 Petrus Alberti medicinarum licentiatus, magister
13 Tilemannus | Slect Gelrensis de Ruremunda <legum baccalaureus>, qui processu temporis promoti sunt ad doctoratum, singuli in suis facultatibus.

Anno ab orbe redempto .1481. Christiernus Gotorum rex inter pascha et pentecosten, cum iam regnasset annis ferme triginta tribus, diem clausit extremum, fortitudine, armis et victoriis potens, mise-

ricordia, gloria et magnificentia diues, fide uero ac religione pius, sepultusque est Roschildie in sacello quodam a se extracto et fundato, atque amplissimis possessionibus dotato, quod ad australem partem adheret basilice sancti Lucij martyris, cuius religiosus cultus et ornatus, sacre quoque diuorum reliquie ex urbe Rhoma delate, que ibidem visuntur, testantur Christiani principis religiosam pietatem. Huic Christiano principi successit in regno primogenitus eius nomine Ioannes.

Anno .1482. celebratus est solennis dominorum regni conuentus in ciuitate Calundeburgensi, vbi fides castrensium omnium regni castrorum | resignata fuit D. Ioanni electo regi nondum coronato.

.1482. Eodem anno mortuus <est> Reuerendus in Christo pater D. Ioannes episcopus Arhusiensis, qui vt erat vir grauitate et authoritate clarissimus, ita erat Christierno regi charissimus, ex archidiaconatu Arhusiensi ad episcopatum electus, cum ob insignem probitatem tum vero ob singularem doctrinam, fuit enim vtriusque iuris doctissimus licentiatus, et ante episcopatum ad Concilium Basiliense missus legatus, vna cum episcopo Ripensi, nomine regis atque totius regni, simulque domino Nicolao Raualdi archiepiscopo Vpsalensi.

Anno .1483. iurata est publica fides et obedientia eidem regi Ioanni prestanda ab vniuersis regni inquilinis, quibus vicissim ab eodem iuratum est, id quod a Christianis principibus seruandum solitum est iureiurando promitti, quo anno idem Ioannes rex solenni more et ritu coronatus est in templo maiori ciuitatis Haffnensis.

Eodem anno D. Eylerus ex archidiaconatu electus
15 ad episcopatum Arhusiensem consecratus | est epi-
scopus. Sed quoniam fauore principis ac populi de-
stitutus erat, nullaque prudentia peditus, coactus
5 est, cum paucis annis eam administrasset prouin-
tiam, episcopatum resignare D. Nicolao Claussøn
tunc Canonico Roschildensi.

Eodem anno ob publicam querelam tocius <pene>
Germanie aduersus latrocinia D. Gerardi comitis de
10 Oldenborg, que exercuit in omnes viatores ac nego-
tiatores ex arce sua Delmenhorst, lata est a Cesarea
maiestate huiusmodi condemnationis sententia, vt
qui dictam arcem Delmenhorst armis vindicare pos-
set, optimo iure possideret, tanquam patrie liberta-
15 tis verus assertor. Igitur obsessa est predicta arx ab
archiepiscopo Bremensi episcopoque Monasteriensi.
Episcopo uero Bremensi de victoria desperante, <ac>
solutis castris militiam reuocante, solus Monasteri-
ensis exercitus ad finem vsque perseuerauit, vicit,
20 triumphauit, possedit, possidetque modo optimo
iure publice libertatis strenuus assertor et vindex.

<Anno .1485. obiit Reuerendus in Christo pater D.
Olauus Martini episcopus Roschildensis, fastu et
pompa ignobilis, pietate vero et misericordia nobi-
25 lissimus, a cuius obitu successiones fuerant semper
deteriores.> |

16 Anno domini .1486. Christiernus primogenitus
regis Ioannis, cum adhuc puer esset .5. aut .6. an-
norum, assumptus est in regem publico homagio in
30 placito Wibergensi.

Anno .1487. Dominus Iuarus Axelsøn pulsus est
vi ex Gotlandia, ob suspicionem prodicionis, eo quod

factus esset gener Caroli regis Suetie hostis tocius regni, restitutaque est insula Gotlandia dicioni Danorum, que videbatur alioqui Suecorum regno resignanda, maxima Danici regni iactura.

Anno .1488. Regina Dorothea, sequuta mariti sui pietatem, Rhomam profecta est magno comitatu nobilium virorum ac matronarum, aditura etiam Hierosolymam, nisi metus grassantis belli obstitisset. Impetrata igitur Hierosolymitani voti relaxatione ab Innocentio octauo tunc Rhomano pontifice reuersa est magno gaudio amicorum omnium. 5 10

Anno .1491. Resignauit episcopatum Arhusiensem D. Eylerus episcopus Reuerendo domino Nicolao Claussøn, reseruata sibi dicione Sijlkeborg. |

Steno Sture. Anno domini .1493. Steno Sture gubernator regni Suetie, ex administratore tyrannus factus, cepit ecclesiasticos ac nobiles quosdam regni, rapinis, insolitis censibus et exactionibus grauiter affligere, aiebat enim se velle periculum facere, num secundum vulgi opinionem aliqua vltio illos maneat, qui ecclesiarum bona et facultates violenter inuadunt. Nec frustratus est sua cogitatione, quandoquidem ab eo tempore perdidit omnem nominis sui claritatem, multis prodicionibus factus infamis, ac paulopost prodigiosa morte calamitosus. 17 20 25

Dorothee obitus. Anno domini .1494. obiit regina Dorothea, iam anus facta, mulier insigni prudentia, sed ad rem nimis attenta. Sepulta est autem iuxta Christiernum regem maritum suum in Sacello trium regum ciuitatis Roschildensis. 30

Andree scribe exitus. Eodem anno suspendio periit, ob furti et peculatus maxime suspicionem, quidam Andreas scriba,

regis Ioannis vicecancellarius, eidem regi antea valde
 18 dilectus, | cui tam peculatus crimen, quam suspendij
 pena, fuit vltio condigna incredibilis fastus et elationis,
 5 qua adeo inflatus erat principis fauore et gratia,
 vt nullo iudicio, nullo etiam delectu, contemneret
 vniuersum regni magistratum sacrum et prophanum.

Anno domini .1497. Rex Ioannes asseruit Suetie
 regnum a tyrannide D. Stenonis Sture, cum multis
 10 victoriis, tum vna insigni ipso die beati Michaelis
 archangeli, ac eodem anno, triumphato vniuerso
 regno, die beate Catarine uirginis et martyris in ciuitate
 Holmensi regni diademate est coronatus.

.1497. Suetia
 victa.

Eodem anno mortuus est Reuerendus in Christo
 15 pater ac dominus, D. Ioannes Brostorp archiepiscopus
 Lundensis. Cui successit archidiaconus Roschildensis,
 magister Birgerus olim regine Dorothee Cancellarius,
 homo simplex et obscuris parentibus natus, virtute
 tamen ac pietate nobilis et insignis.

Ioannis
 Brostorp
 archiepiscopi
 obitus.
 Successor
 Birgerus.

Anno domini .1498. Reuersus est ex Suetia illu-
 20 strissimus princeps, Ioannes rex, rebus | omnibus ex
 19 illius sententia ordinatis ac dispositis.

.1498.

Eodem anno promotus est ad doctoratum in theologia
 magister Petrus de Scotia, per nobilem virum
 25 doctorem Ericum Decanum Haffnensem tunc vniuersitatis
 uicecancellarium, presente ibidem Christierno regis
 Ioannis filio primogenito.

Petrus
 De Scotia.

Eodem anno, vita functus est vir nobilis ac magne
 prudentie Reuerendus in Christo pater D. Nicolaus
 30 Glob episcopus Wibergensis, cui si contigisset vita
 diuturnior, clarissimus euasisset, tantus erat ingenij
 vigor, tantaque morum dexteritas, nisi iuuentutis

Obitus Nicolai
 Glob episcopi
 Vibergensis.

licentia uite innocentiam corrupisset. Que res omnium ferme nobilium preclara ingenia, optimamque indolem uastat ac destruit.

Legati in
Rusciam
missi.

Anno domini .1499. Quum magnus princeps Ruthenorum missis legatis in Daniam postulasset filio suo vxorem filiam illustrissimi regis Ioannis Elizabetham nomine, remissi sunt ad eundem principem ex Danis legati, magister Ioannes Andree deputatus episcopus Ottoniensis, Doctor Andreas Christierni Carmelita et magister Andreas Glob. Qui cum nomine regis Ioannis inter cetera negotia dicto principi fecissent postulati coniugij maximam spem, magno honore sunt remissi. Verum eisdem Ruscie fines egressis nunciatum est, eandem iam esse recens desponsatam D. Ioachimo Marchioni Brandeburgensi. Quod si huiusmodi rumor sparsus fuisset, legatis adhuc in Ruscia manentibus, fuissent perpetue seruituti obnoxij, si tamen uita donati. Sic principes legatis imponere solent, Sic legati uicissim aliis principibus, nulla necessitate, sed mera licentia. Itaque in principibus uiris fides desideratur frequentius quam inuenitur.

Filia regis
desponsatur.

Igitur eodem anno, Elizabeth regis Ioannis filia desponsata fuit D. Ioachimo Marchioni Brandeburgensi, sacri imperij perpetuo electori. Simulque eodem tempore, eiusdem Marchionis soror desponsata fuit Friderico duci Holsatie, regis Ioannis ueterino fratri, qua defuncta, postea duxit uxorem filiam ducis Pomeranie, Sophiam nomine, in fuga regis Christierni Danorum reginam, Friderico iam rege electo et coronato.

Anno domini .1500. ipso die Iuliane virginis mense Febuario, Inclytus Ioannes rex, eius nominis primus, Ditmertiam (que comitatus est olim re-
gibus Danorum a Friderico iii Rhomanorum rege
5 semper augusto donatus) est ingressus, animo uind-
dicandi dictum Comitatum, qui ante aliquot annos
libertatis auidus temere defecerat. Porro cum nec
superi nec fortuna Danis fauerent, a paucissimis
militibus, terreque incolis, exercitus Danorum fusus
10 est, adeo ut solus rex (qui in posteriori agmine erat)
cum paucis uix eauderet. Dicebatur vulgo illis die-
bus nostros iccirco infelici Marte pugnasse, quod
aduersus sese diuinam ultionem iuste prouocassent.
Priusquam enim ad miliciam conscriberentur, par-
15 titi sunt sibi proceres aliquot in Bohemicam facti-
onem ualde propensi pinguiora regni sacerdotia
atque monachorum cœnobia, que reuersi cum pace
(ut aiebant) mox erant occupaturi. Sed potentissimo
22 deo (qui | natura impietatem ac sacrilegium odit)
20 pro ecclesiastico ordine, ut solet, pugnante, non sunt
reuersi. Perierunt enim omnes, atque vtinam spiritus
illorum saluus sit in die domini. Adeo enim insa-
niebant auaricia et inuidia ceci, ut gauderent huius-
modi titulis compellari: Salue venerabilis abba So-
25 rensis, prior de Antuordskow, Decane, Preposite,
Archidiacone, Cantor Roschildensis. Itaque in nullo
vnquam bello tantus cecidit numerus abbatum, pri-
orum, Decanorum, Prepositorum, Archidiaconorum,
Cantorum et canonicorum, quantus in Ditmertiensi
30 prelio cecidisse compertum est. Quod si feliciter suc-
cesserit iis, qui sub exorto Lutheranismo non iam
similia moliebantur, imo longe maiora, non solum

in pernitiem abbatum aut quorundam minorum prelatorum, sed in exitium tocius cleri, omniumque sacrorum tocius Christiane religionis, posteritatis esto iudicium. |

<Hoc eodem anno mortuus est Reuerendus pater 21
 Dominus Nicolaus Schaffue episcopus Roschildensis, vir preclarus, sanguine ac virtute nobilis, qui tametsi regia autoritate magis quam capituli electione episcopatum obtinuit, nichil tamen pietatis in eo desyderatum est. Nam ut habebat speciem imperio dignam, ita animum misericordia et clementia ornatissimum.> | 10

Defectio
 regni Suetie
 a rege Ioanne.

Anno ab orbe redempto .1501. Defecit Suetie regnum ab illustrissimo Danorum rege Ioanne primo, sub proditoribus Stenone Sture et Suantone Niels- 22
 søn, quod pauloante ab eodem | rege armis assertum 15
 fuerat, anno nimirum, ut supra dictum est .1497. 23
 Rege enim in Daniam reuerso, relicta fuerat Christina illius uxor, illustris regina, in presidiis arcis Holmensis, que post grauissimam ac durissimam 20
 obsidionem, cunctis iam fame et hyposarcha peruntibus, dedicione dolosis ac falsis literis impetrata, tandem capta est, atque longo tempore multis ludibriis a populo barbaro barbare afflictata. Nouissime uero opprobriis saturata ac calamitatibus plena in 25
 Daniam est remissa, cui magna gratulatione a regni proceribus occursum est in ciuitate Halmstadensi (que Hallandie ciuitas est). Porro Suecorum gens tam est barbarata, tamque iugi impatiens, ut nullum principatum unquam diu ferat, nec minus e proprio sanguine natos principes quam exoticos odio 30
 habet. Et quoniam natura perfidi nulli fidunt, etiam

ipsis a nemine fiditur. Ceterum cum in defectione aduersus aliquot reges cum Datie tum Suetie a multis excusentur, deficientes nihilominus a rege Ioanne, 24 nec apud cordatos Suecos excu-|sationem habent, 5 quando ipsius regnum ab omni uiolentia omnique tyrannide liberum fuerat. Quod si Valdemari, Margarethe, Erici, Christophori, Christiernique secundi regna fuissent tam incruenta tamque procul a tyrannide et uolentia, adhuc fortasse illibatam trium reg- 10 norum fedus durasset, nisi populi alioqui ad sediti- onem nati obstitisset perfidia.

Anno .i 502. Conati sunt etiam Noruagienses qui- dam aduersus regem Ioannem rebellare, cuius rebel- lionis author dicebatur Chanutus Adulphi in Nor- 15 uagia eques primarius, sed simplici ingenio magis quam peruerso, cuius simplicitate ad rebellionem abusi sunt Sueci quidam proditores. Quo cum rex Ioannes episcopum Roschildensem D. Ioannem Iacobi, atque Henricum Crwmedig equitem, cum 20 eodem Chanuto expostulaturos regis nomine misisset, uocatum ad se in nauis, sub publica fide (que etiam crudelissimo Turche seruanda fuerat) ac nihil mali suspicantem crudeliter occiderunt, non aliter quam solent perfidi proditores, nec fidei nec iuris- 25 iurandi custodes. Chanutus iste duos elegantes habe- bat filios, | prudentia et armis patre superiores, Carolum et Ericum. Ille bombardam percussus, cum militaret Christierno regi secundo, in obsidione ciuitatis Holmensis occubuit. Iste uero triumphata iam Sue- 30 tia ab eodem immanissimo principe capite truncatus est.

Eodem anno ipso die decem milium martyrum

Noruagiensis
Chanuti
Adulphi
exitus.

Crudelis et
insidiosa
mors D.
Laxmand.

mense Iunio, D. Paulus Laxmand equesauratus, at-
que regis Ioannis magister equitum, per insidias est
interfectus, tanti sceleris authoribus Ebbone Stran-
gesøn ac Berone Andree, qui perfecto tam immani
flagitio adeo ducebant gloriosum facinus, ut inter
sese decertarent, quisnam haberetur sceleris autor. 5
Nec in hodiernum usque diem sequuta est tanti sce-
leris uindicta (nam hec scripta sunt anno ab orbe
redempto .1524.), nisi quod uterque immatura morte
periit. Dicebantur enim subornati ab ipso principe,
episcopoque Roschildensi D. Ioanne Iacobi, quibus
idem Paulus Laxmand inuisus erat ob dicendi liber-
tatem, principibus uiris semper inimicam et suspec-
tam. Hic magister equitum, dum adhuc uiueret,
habitus est inter regni primarios | precipuus, de quo 26
nulla fuit vncquam perfidie suspicio, in iam uero
mortuum nihil non dicebatur. Vnde in illum iam
extinctum magnoque honore sepultum, extorta est
sentencia vi et metu a regni consiliariis, qua con-
demnatus sit maiestatis reus, ad solius principis odio
labefactati testimonium, qui nulla probatione fretus,
deierauit illum fuisse nescio quid doli et fraudis in
regis perniciem machinatum. Ad quam vocem adiu-
dicata fuit regis fisco uniuersa liberorum eius pos-
sessio, adeoque donationibus et uendicionibus dis- 25
tracta, ut in hodiernum usque diem ad heredes nihil
redierit preter curiam unam Asszerbo nuncupatam,
cum sua ditione, in fuga regis Christierni famosi
tyranni. Hanc unicam laudem meruit suo principatu
rex Fridericus. Interfectus est autem dominus Pau- 30
lus Laxmand Haffnie supra pontem, qui altus nun-
cupatur, cum descenderet ab arce principis iturus ad

propriam domum, que ab illius morte donata est D. Ioanni Andree episcopo Ottoniensi, cuius uersutia et fraude instructus rex Ioannes obtinuit iniquam | sententiam, quam alioqui non obtinuisset.

5 Illius enim arbitrio nihil non fiebat in regno uiuente adhuc Ioanne rege. Huius tamen tyrannidis, aliarumque uersutiarum, quibus in vita excelluit, multosque oppressit, sub principatu regis Christierni condignas dedit penas.

10 Eodem anno venit in Daniam a pontifice Romano missus legatus, Danus quidam doctor Hermannus, professor ordinis diui Ioannis Monasterij Ottoniensis, predicaturus quam uocant cruciatam aduersus Turcham, qui suis remissionibus et bullis, hoc est mera licentia, extinxit multam pietatem.

15 Neque docebant huiusmodi legati eorumque vicarij homines penitentiam agere, sed intrepide peccare, atque tunc primum aperta fuit Lutheranismi fenestra. Neque unquam potentior factus est Turcha, quam dum cepta est predicari aduersus illum cruciata, qua compilata sunt Christianorum regna, aucteque facultates cognatorum Rhomani pontificis, Turcha magis ac magis triumphante, posterioribus prioribus semper deterioribus. Hanc enim cruciatam non persuasit pietas sed auaritia. |

25
28 Ab anno domini .1507. et deinceps acriter pugnatum est terra et mari, inter regem Ioannem, gubernatorem Suetie, atque ciues Lubicenses, rege ubique triumphante, verum non sine graui iactura suorum
30 ciuium ac precipue negociatorum. Duces autem nualis belli erant uiri famatissimi Seuerinus Nørby, Otto Rud, Ioannes Holgeri, atque horum similes

Cruciata
predicata in
Dania .1502.

pirate, ad predam atque pyratricam non minus natura quam arte instructi.

Nec tantum isti pirate male perierunt, sed etiam alij multi, qui olim sub principatu regis Ioannis piraticam exercuerant aduersus Hispanos et Anglos, quorum e multis hec pauca nomina succurrunt, Pijning, Rutbeck, <Pwthorss,> Ræmmerkatt, Ioannes cocus, Ieorgius cocus, Andreas Maurus, Tile Giitzill, Andreas Barton Scotus. Omnes hii male perierunt, vel a propriis familiaribus interempti, vel laqueo prefocati, vel etiam aquis obruti. Nec meliori fortuna fecerunt piraticam quidam sub principatu regis Christierni, de quorum numero erant magister Lambertus Ripensis bombardam percussus, et Nicolaus Knijphoff ab Hamburgensibus captus, capiteque truncatus. Dignum profecto supplicium in omnes predones, qui mera libidine dominandi ac insania rapiendi, Christianis fratribus suis sunt infesti.

Obitus episcopi Ioannis Roschildensis.

Anno domini .1512. mortuus est D. Ioannes Iacobi episcopus Roschildensis, cum paulo antea episcopatum resignasset nobili uiro D. Lagoni Wrne legum doctori. Erat autem Ioannes iste patre nobili uiro Iacobo Ioannis de Rauensborg natus, qui cum adolescens Colonie operam literis nauaret, turpi amore captus et libidine cecus, uxorem duxit meretricem quandam nomine Christinam, non sine solenni ecclesie benedictione. Quod cum rescuisset illius pedagogus, nescia muliere, eum euestigio ad domum paternam reduxit. Cognita uero illius fuga, mulier statim est consecuta, verum magno capitis sui periculo. Pater uero prefati Ioannis filij pudorem redemit magna summa ab impudica femina, que mox,

accepta pecunia, est in Coloniam reuersa. Huius-
modi igitur diuortio ab uxore simul et digamia so-
30 lutus, factus est primo canonicus Roschildensis, mox
sacerdos, deinde regis Ioannis Cancellarius. Paulo-
5 post ad Angliam et Scotiam legatus. Deinde Prepo-
situs Monasterij Dalby in Scania. Nouissime autem
episcopus Roschildensis factus est. In episcopatu
autem uixit duodecim pene annis, obiitque in magna
omnium rerum inopia, adeo fuerat tota uita sump-
10 tuosus et inutilis. Erat tamen erga pauperes atque
calamitosos admodum liberalis, qua benignitate mul-
tum laudis fuisset consecutus, nisi sanguine duorum
eximiorum uirorum D. Pauli Laxmand et D. Cha-
nuti Adolphi manus suas contaminasset.

15 Anno domini .1513. Cum Iuarus Mwnck cele-
braret suas primitias non ita diu ordinatus episcopus
Ripensis, consecratus est D. Lago Wrne episcopus
Roschildensis in eadem ciuitate Ripensi, presentibus
ibidem rege Ioanne et regina Christina, multisque
20 regni episcopis, maximoque dominorum conuentu.

Eodem anno mortem obiit peste captus illustris-
simus princeps Danorum rex Ioannes eius nominis
primus, Christierni primi optimi principis filius, sed
31 pater Chris-|tierni secundi famosi tyranni. Mortuus
25 est autem in ciuitate Olburgensi, que est aquilona-
ris Cymbrię, ubi et natus erat. Hic multis annis,
nimirum trigintaduobus propemodum, Christiane
regnum Danorum moderatus est. Nam prophano-
rum consilium procerum secutus, principio regni sui,
30 decreuerat molestus esse uiris ecclesiastici ordinis.
Postea uero cum sentiret, prophanos id non candido
animo suasisse, uerum magis inueterato odio, quo

Obitus regis
Ioannis anno
.1513.

laici subinde clericis sunt offensi, sententiam decreti
 sui mutauit. Ad finem usque uite sue erga clerum
 igitur fuit optime affectus, deprehenso procerum
 dolo. Erat autem tanta preditus solertia, ut pruden-
 ter nobilium quorundam insania frueretur, quos cum
 mira comitate sibi conciliasset, ob mutua tamen ip-
 sorum dissidia ac quotidianas iniurias, quibus se
 inuicem afflictabant, grauiter in eos animaduvertebat,
 quibus tamen nulla uidebatur intolerabilis mulcta,
 quod omnia leniret incredibili affabilitate. Quod si
 Christiernus secundus huius patris sui uestigia fuis-
 set insequutus, nunquam tanto dedecore fuisset e
 regno profligatus. Quod si rex iste coniugij fidem
 seruasset (que res in | principibus est rarissima) tem-
 perassetque a bello et sanguine, in que tamen casu
 magis quam proposito inciderat, abstinuisset etiam
 ab iniqua sententia, qua decernebat contra heredes
 Pauli Laxmand, magistri equitum, fuisset princeps
 sane et optimus et felicissimus. Porro cum in rebus
 mortalium nihil sit ab omni parte beatum, et optima
 queque desiderantur semper, habentur uero nun-
 quam, non minimam laudem merentur ij, qui uitam
 agentes in deliciis ac opibus, huiusque caduci seculi
 strepitu et pompa, mediocritatem seruare potuerunt.
 Hic princeps post fata multorum lachrimis est de-
 sideratus, etiam illorum, qui adhuc uiuentem auer-
 sabantur, quando iam uidebant Christierni regis prin-
 cipatum quandam pre se ferre tyrannidem. Ea est
 enim mortalium condicio, ut absentia placeant, pre-
 sentia uero displiceant.

Anno dominij .1514. desponsata fuit Christierno
 secundo regi Danorum soror Caroli quinti Cesaris

semper augusti, ac filia Philippi regis Hispanie ducisque Burgundie, uirgo uenustissima nomine Isabella.

Anno domini .1515. mense Augusto, postridie
5 beati Tiburcii martyris, Nuptie facte sunt in Haff-
nia Siælandie inter Christiernum secundum Danorum Gotorumque regem ac eandem Isabellam illu-
33 stris-|simi regis Hispaniarum (ut prefertur) filiam, que
tunc (tota estate magno desiderio expectata) nauigio
10 recenter uenerat, magno nobilium comitatu uirorum
ac mulierum, quibus nuptiis occidentales omnes sibi
nouam quandam felicitatem ac perpetuam pacem
pollicebantur, tametsi nunquam adeo uexarentur in
Dania sub ullo rege. Mutatus est illis portus com-
15 modissimus, aucta telonia, retente naues falso belli
pretextu, sed tamen in hoc, ut sese magna pecuni-
arum ui redimerent. Hanc itaque sponsam et uxorem,
specie pulcherrimam ac stemmatis clarissimam,
uiuente adhuc Columba quadam uetere concubina,
20 non satis syncere dilexit, nec unquam coniugii fidem
seruauit. Adiecit namque primis illis famosis adul-
teriis multos incestus. Erat enim adeo libidini de-
ditus, ut cum Salomone, alioqui trecentis concubinis
nobili, collatus, uix Salomon fuerit semiuncia ad as-
25 sem, ut eruditus ille Petrus Suouenius de illo scribit
in apologia pro Friderico rege aduersus tyrannidem
dicti regis Christierni. Et tamen hoc libidinis malum
adeo graue ducebat in aliis, ut in noua lege (quam
edidit) decerneret morte expiandum. Sic cecutire
34 solent impii principes, cum crude-|liter in parua sub-
ditorum delicta seuiunt, ad propria uero, nimirum
magna et horrenda flagitia semper conniuentes.

Nuptie Christi-
stierni regis.

Eodem anno, mense Iulio obiit Reuerendus pater sacre theologie doctor, magister Martinus Petri Nestuediensiſ carmelita, proximo anno ſequenti poſtea quam fuerat a prioratu conuentus Aſſenſis deſtitutus. Fuerat namque duorum conuentuum prior inſignis ac ualde uenerabilis, Landiſcronenſis ac noui conuentus Aſſenſis primus prior, in quibus uite merito ac erudicionis exemplo multis fuerat pietatis occaſio. Nam ut de multis donis taceatur, quibus illum ornauerat diuina benignitas, uno predicationis dono ita excelluit, ut ſuo ſeculo in Dania parem non haberet. A puero item tam innocenter tamque candidè uixerat, ut nemo aliquam de illo habuerit ſiniſtre opinionis ſuſpicionem. Porro cum natura eſſet melancolicus adeoque tetricus et ſeuerus, affabilitas morumque ſuauiſſas in illo a pluribus ſunt deſiderata.

Ioannis
ſcribe
perditio.

Anno domini .1516. ſuſpenſus eſt ob furti ſuſpicionem quidam Ioannes ſcriba, regi Chriſtierno olim chariſſimus, qui cum nimia libertate ſua, ac uana regij fauoris preſumptione, multos offendiſſet, precipue uero Torbernum Oxe arcis Haffnenſis prefectum, regis concubine, nomine Columba, uehementer charum, eiudem concubine odio periclitatus eſt, in profeſto diui Martini, quod cum reſciuiſſet in opido Heliſingørenſi conſtituta, dixiſſe fertur ſingultiens ac tunſo pectore, Huic ſuſpendio ualde ſum cooperata, ignoſcat michi diuina clementia. Erat autem iſte Ioannes homo blaſphemus in deum. Nam ſemel adeo inſaniebat uindictæ cupiditate, ut optaret, ſe deum eſſe, quo liceret in gehennam perdere unumquempiam hoſtium ſuorum. Deinde calumnie morbo ita erat obnoxius, ut illius

delationibus multi periissent, nisi fuissent diuina prouidentia seruati. Merito igitur in eum laqueum incidit, quem multis parauerat. Itaque cum duceretur a carnifice laqueo perdendus, ex calumniatore et
5 blasphemio factus contionator insignis, suadebat adolescentibus, ut semper meminerint huius sententiae propheticæ, Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus. |

36 Anno domini .1517. Missus est in Datiam a Leone
10 decimo pontifice maximo D. Angelus Arcimboldus, qui nimio potestatis sue ac commissionis abusu dedit occasionem ipsi Lutheranismi, nunc per Germaniam grassanti aliasque finitimas regiones. Olim ueniebant legationes ex urbe Rhoma, que plurimum habebant edificationis, fructus ac utilitatis, aut ad pietatem promouendam, Christianeque religionis sacramenta propaganda, aut etiam ad fidei dogmata confirmanda, heresesque extirpandas. Verum hec cum
15 paucis superioribus, inuersis rerum uicibus, adeo fuit scandalosa, ut omnem pietatem ac religionem mera licentia extinxerit, eo quod inciderat in Commissarios, luxu, fastu, ambitione, libidine, uoluptate, aliisque innumeris uiciis perditissimos, quorum culpa factum est, ut sancta illa Romana ecclesia
20 tunc orbis magistra, olim sanctissimis uiris eximia, nunc male audiat per multas orbis nationes, uoceturque infamis Babylonia, que olim habitata est Christiane religionis precipua mater, rectrix et gubernatrix. |

37 Eodem anno mortua est Columba Christianni regis concubina, cuius morte ab impiissimo crudelissimoque principe quesita est ansa perdendi multos,

Arcimboldus in Daniam legatus mittitur.

Moritur regis concubina.

ac imprimis duos nobiles uiros, Chanutum Petri et Torbernum Oxe, quandoquidem illos pertinaciter aiebat ueneno tincta cerasa egrotanti scorto misisse, vnde perierit. Hec tamen regis querela fuit mera calumnia, ob quam nichilominus Chanutus exilio, 5
 Torbernus uero capitis supplicio punitus est, iniuste quidem, quod innoxias haberet manus erga mulierem, iuste nihilominus, si pensetur diuina prouidentia. Nam idem Torbernus erat homo multis uiciis opertus, omnibus violentus et intolerabilis, 10
 nec minor tyrannus futurus, quam erat Christiernus <rex>, si tam habuisset magnum principatum, quam habebat animum crudelem ac impium. Periit autem in profesto beati Andree, frustra pro illius uita ro-
 gantibus crudelissimum principem, D. Angelo Ar- 15
 cimboldo legato, vniuerso quoque regni magistratu, ac magno choro nobilissimarum feminarum inconsolabiliter flentium ac gementium, inter quas etiam regine Isabelle preces contempte sunt, magno non ipsius tantum sed omnium presentium rubore. | 20

Captiuitas
 episcopi
 Ottoniensis
 anno .1517.

Eodem anno. Captus est episcopus Ottoniensis 38
 D. Ioannes Andree in publicis comitiis Haffnie celebratis a Christierno rege, causam regis dicentibus ac defendentibus duobus iureconsultis, Doctore Amalongo Germano et magistro Ieorgio Scotborg 25
 Dano, postea archiepiscopo infortunatissimo. Captiuitatis uero causa erat huiusmodi. Quum idem episcopus ante aliquot annos sub principatu regis Ioannis missus fuerat in Lubecam legatus, una cum Friderico Duce Holsatie, pacem facturum inter Lubi- 30
 censes ac eundem Ioannem regem, nihilque efficeret, nisi prius soluta grandi pecunia, que non indicto

bello Lubicensibus fuerat a predonibus Danorum
Ioanne Holgeri et Seuerino Nørby rapta, pro cuius
solutionis fide mox Fridericus dux resignauit Lu-
bicensibus uice pignoris dicionem quandam Holsa-
5 tici ducatus, donec illis ad plenum solueretur, pos-
sidendam. Hanc itaque pecuniam cum iure et pol-
licitatione coactus resoluisset, priusquam regni dia-
demate potiretur Christiernus rex, grauiter est offen-
sus, caussans, huiusmodi summam non tam legati
10 episcopi imperitia, quam malicia in odium regis
39 Christierni Lubicensibus fuisse promissam. | Nam
prefatus Ieorgius Scotborg recensuit in defensione
regis Christierni magnum iniuriarum catalogum
aduersus episcopum Ottoniensem, quomodo illius
15 delationibus frequenter haberet patrem suum regem
Ioannem sibi grauiter infensum, quomodo item ma-
trem regis Christinam reginam graui contemptu of-
fendisset, interfecto illius prefecto nobili uiro Otto-
ne Portzfæld. Cumque ad hec omnia intrepide et
20 magna constantia respondisset, ac efficaces rationes
falsis persuasionibus et uanis suspicionibus oppo-
suisset, magna admiratione etiam legati Rhomani
pontificis Arcimbaldi, qui tum aderat, Verum cum
esset iure quidem superior, uiribus autem et copiis
25 inferior, mox captus est, traditusque archiepiscopo
Birgero, sub illius fideiussione adseruandus. Inde
paulopost ereptus, missus est ad arcem Wordenborg,
tetriore carcere affligendus. Nam quo crudelius trac-
taretur, additi sunt ei custodes milites gregarij qua-
30 tuor, qui quotidianis molestiis saturatum tandem
extinguerent. Deinde aliquousque regi reconciliatus,
40 illum in triumphatam Suetiam est sequutus, ubi | re

infeliciter gesta regis Christierni non parentis optimorum uirorum consiliis vicio, ac regno amisso tandem ad Daniam reductus carceri mancipatus est, primo in arce Haffnensi, 2^o sub Theoderico archielecto in arce Fljginge, 3^o in arce Helsingborgensi. 5
 Nouissime uero diuina prouidentia ad insulam Borgenholm est transuectus, ubi Lubicensium beneficio liberandus erat. Itaque a Lubicensibus capta arce eiusdem insule, iam ui occupata a rege Christierno summa iniuria episcopatus Lundensis, captus est 10
 cum ceteris, atque a Lubicensibus tantisper detentus, donec in fuga regis Christierni sue diocęsi est restitutus.

Anno dominj .1518. Reuerso ex Suetia D. Ioanni Angelo Arcimboldo in Daniam posite sunt insidie 15
 a rege Christierno, quas cum rescuisset idem Arcimboldus, clam fugit in Suetiam et inde soluens traiecit in Germaniam magno suo commodo. In Dania interim confiscantur omnia, que legati nomine diuersis in locis erant deposita. Carceri uero mancipatur eiusdem Legati frater D. Antonellus uir nobilis, cuius Mediolanensis. Nec antea liberatus est, quam e regno fugeret Christiernus rex. | 20

Obitus Birgeri archiepiscopi.

Anno domini .1519. mense Nouembri, ipso die 41
 beati Clementis pape et martyris, mortuus est Reuerendus in Christo pater ac dominus D. Birgerus 25
 dei gratia archiepiscopus Lundensis plenus dierum. Hic ex patre Gwnnaro pauperrimo edituo parrochie Lindebięrg aquilonaris Hallandię ortus, cum esset statura pusillus, ac toto corporis habitu humilis, 30
 creuit tamen in magnum uirum, nullis humanis presidiis adiutus, sola uirtute et diuina prouidentia.

Fuerat primum pastor ecclesie Calundeburgensis, Cancellarius quoque illustrissime regine Dorothee, deinde archidiaconus Roschildensis. Nouissime uero anno dominj .1497. factus est archiepiscopus Lundensis. Huius archiepiscopi temporibus conabantur predones et sacrilegi aliquot Schanienses, solo titulo nobiles, vim inferre ecclesiasticorum rebus, uidentes illum humanis presidiis destitutum. Ipse uero in domino spem repositam habens, et in futurum nichil reponens, presentibus rebus tanta prudentia est usus, ut uiribus et copiis militaribus supra innocentiam uite omnibus hostibus, quantum uiolentis et ferocibus, semper haberetur superior. Ab huius obitu decretum est a magistratu regni, ut posthac nullus sit futurus in hoc regno episcopus, nisi qui fuerit claro genere natus. Qui huic decreto subscripserunt, putabant, rem ecclesiasticam amicorum potentia et humanis presidiis fore tutam, ignorantes miseri, non alia re magis offendi deum, quam hoc personarum respectu, nec ullam esse maiorem ecclesie ruinam quam quorundam nobilium uanitatem et fastum, adeo seruientium uite licentie, ut uite innocentiam ac religionis Christiane pietatem non solum extinguunt, uerumetiam plane contemnunt. Quod potentia, uiolentia, strepitu, fastu, pompa, ambitione, ac humanis uiribus constat, non potest esse diuturnum, sola uite innocentia, morum integritas ac religionis pietas, etiam hominis obscurissimi, meretur apud deum tutissima ecclesiasticis rebus presidia.

Eodem anno, Dominica Letare, celebratum est prouintiale capitulum ordinis carmelitarum in monasterio Landiscronensi, vnde promoti erant ad no-

Collegium
carmelitarum
Haffnie in-
ceptum. 1519.

uum Haffnense collegium, iam recens extractum
 eiusdem prouintie sumptibus, a Reuerendo uiro tunc
 magistro prouintiali sacre Theologie <doctore magi-
 stro Andrea Christierni>, multi fratres | eiusdem ordi- 43
 nis, simulque fratres aliquot de ordine Cistertiensi, 5
 qui erga carmelitas fuerat multis annis bene affec-
 tus. Porro huius collegii primus regens factus est in
 eodem capitulo quidam frater Paulus Helię Varber-
 gensis, qui singulari fauore prosequutus est studio-
 sos omnes, verum suo magno malo. Quia quos ille 10
 suis suffragiis promouerat ex utroque ordine, orna-
 uerat litteris, atque honoribus affecerat, hij omnes
 pene in lupos uersi, defecerunt non ab illo solum,
 sed ab ecclesie obedientia, occasionem accipientes
 ab exorto eisdem diebus Lutheranismō, heresi om- 15
 nium periculosissima, quę nullos quamlibet synce-
 ros ac pios non aliqua ex parte labefactauit. Que
 quoniam risit obedientiam dei uicariis promissam,
 damnauitque omnia monastice uite instituta, adeo-
 que pretextu euangelice libertatis quandam uite 20
 licentiam induxit, iccirco plerique a sua professione
 descuerunt, quo suoapte ingenio licentius uiuerent,
 ueri filij Beliall, quibus domini iugum suaue in ama-
 ritudinem uersum est, et onus eius leue in grauita-
 tem intolerabilem. Sola carnis uoluptas imposuit 25
 miseris, ut caderent. Inter quos erant precipui, qui-
 dam frater Petrus | Laurentii Nestuediensis lector, fra- 44
 ter Franciscus Wormordi Hollandus etiam Lector,
 frater Andreas Liwng Malmogensis lector quoque
 sed indoctus, frater Mauricius Samsing lector sed 30
 illegittimus, nimirum sacerdotis cuiusdam filius,
 frater Magnus Steen Nestuediensis, f. Olauus Pjnd,

spurius Arhusiensis, frater Marcus Petri Arhusiensis. Istorum peruersitas multos pertraxit in ruinam. Horum nebulonum causa apud multos male audiebat dictus frater Paulus Helię, quod crederetur esse
5 astipulator impiissime illorum sentencie, eo quod illius calculo olim, cum nihil huiusmodi de ipsis suspicari poterat, probati sunt atque commendati. Nec ipse solum ob illos male audiebat, uerumetiam omnes studiosorum patroni ac Mecęnates, adeoque
10 ipse bone littere infamate sunt illorum uitio, qui ipsis abutebantur, quod bona pars illorum, qui synceriora studia uidebantur sectari, ad apostasiam ac defectionem erant propensiores, licet omnia fucarent pietatis specie ac euangelij libertate, ut sceleri nunquam defuit sua excusatio, et impietas suo semper
15 gaudet patrocinio. Verum in sequentibus de his plura patebunt. |

45 Anno dominice incarnationis .1520. in profesto feriarum diui Iacobi, Haffnie peste mortuus est uir
23 eximia probitate adeoque longa uita dignissimus, magister Petrus de Scotia sacre theologię doctor. Is namque, postquam erecta fuisset in eadem urbe publica academia, olim per Christiernum regem primum anno domini .1474. a sanctissimo domino papa Sixto
25 eius nominis quarto <impetrata>, primus uenerat ex Colonia, factusque noue academie nouus moderator ac regens anno .1479. prefuit eidem .42. annis. Qui cum esset in scolastica Theologia egregie doctus, ac precipue secundum uiam beati Thome de Haquino,
30 adeo tamen erat Aristotelis philosophię deditus (quod Thomistis solet esse peculiare) ut preter illam uix unquam aliud didicerit aut docuerit, etiam dum se-

Doctoris
Petri Scoti
obitus.

nuisset, excesserat enim (ni fallor) annum septuagesimum, cuius anime misereatur deus, qui erga illum hac usus est benignitate, dum uiueret, ut nihil unquam ambiret, contentus semper prouentu suorum laborum ac studiorum. Nec in illum aliquando ulla 5
 cadebat si-|nistre opinionis suspitio, sed semper uerbo 46
 et exemplo erat multis honeste uiuendi occasio egregiumque uite exemplar. Hoc nostro seculo sunt plerique ueteris Theologie ac ueteris erudicionis studiosi, pauci tamen ex his sunt ueteris pietatis cultores imitatoresque, magno utriusque rei dispendio, nempe pietatis et erudicionis. Hanc quidam auersantur, ob id maxime quod huius amatores pietate uacui meram uite licentiam sectantur, illam uero 10
 supersticionis matrem calumniantur alij. Itaque de- 15
 syderantur hec in omnibus, et pia erudicio, et erudita pietas. Minus tamen offendit indocta rusticitas quam erudita malicia et peruersitas.

Anno dominij .1521. Quum Christiernus rex eius nominis secundus armato milite uniuersum Suetie 20
 regnum insigni uictoria triumphasset, que nec creditur absque fauore numinis contigisse, si accepta uictoria uti potuisset, atque iam regni diademate esset insignitus, cepit mox cogitare, quomodo uniuersos regni Suetię proceres uno supplicio perderet, 25
 quo deinceps solus tyrannidem occuparet. Vt | igitur 47
 religionis pretextu inauditam fucaret crudelitatem, zelum se habere pro Rhomana sede, cuius erat alioqui acerrimus hostis, impudentissime finxit. Accusabat namque illos conspiracyonis aduersus Rhomanum pontificem, cuius edictum se neglecturos obligauerant, si fuisset intentatum ob demolitam 30

arcem archiepiscopi Wpsalensis ac uiolentam inua-
sionem eidem archiepiscopo factam, ad quam fue-
rant nihilominus coacti, potestate ac tyrannide do-
mini Stenonis Suantesøn regni gubernatoris, qui iam
5 perierat bombardam percussus primo bello, quod in
Wesgotia commissum erat, ducibus ac principibus
Ottone Krwmpen et Carolo Chanuti, iuxta opidum
uulgo nuncupatum Bowswnd. Igitur tercio die a
coronatione, postquam rogatus omnium lachrymis
10 et precibus remiserat illis, quicquid unquam uel in
illum uel in illius patrem peccassent, nec etiam sine
lachrymis <(ut erat ad lachrimas propensior quam ad
clementiam)>, ad conuiuium uocatos comprehendi
iussit, atque iam comprehensos carceri mancipauit
48 uiros ferme septuaginta nobiles ac ciues, | inter quos
erant Reuerendi in Christo patres D. Mathias et D.
Vincentius episcopi, hic Scharensis ille Strengen-
sis. Hos omnes postridie e carcere eductos in publico
foro ciuitatis Holmensis decollari fecit. Iussionis
20 executores erant magister Theodericus Vestphalus
proditor dominj Angeli Arcimbaldi legati Rhomani
pontificis, et Ieorgius Hoffmod inter milites grega-
rios carnifex et penarum exactor. Sed neque hac cru-
delissima crudelitate satiatum est pectus illud san-
25 guinarium. Post biduum namque fecit omnium tru-
cidatorum cadauera extra urbem ferri, atque super
ingentem rogam proiecta penitus concremari, ne
ulle superessent illorum reliquie. At iustus dominus
non est passus hanc immanitatem inultam. Eodem
30 enim anno defecit ab illo uniuersum Suetie regnum,
eratque eadem defectio initium et occasio defectio-
nis aliorum regnorum, ducatum, comitatum et

ditionum eiusdem Christierni secundi famosi tyranni magno suo pudore. |

Exitus
magistri
Theoderici.

Anno ab orbe reconciliato .i. 522. mense Ianuario, 49
 pridie conuersionis beatissimi Pauli apostoli, ultimo supplicio affectus est quidam magister Theodericus Vestphalus, olim familiaris domini Angeli Arciboldi, legati Rhomani pontificis. Is cum prodidisset uniuersa domini sui archana, tandem turpi obsequio (patrocinio et suffragiis Sigisberte, mulieris flagitiis ac crudelitate famosissime) regi Christierno deuinctus est, ad patrandam omnem iniquitatem, adeoque factus est non autor et consultor solum, sed etiam executor uniuerse tyrannidis eiusdem regis, atque precipue decollationis episcoporum et nobilium ac ciuium Holmensium regni Suetie, submersionisque sex monachorum in Monasterio Nydall Cistertiensis ordinis, adeo tamen fuerat ad honores euectus per eundem Christiernum regem, ut primum esset ceu princeps uniuerso Suecorum regno prefectus, ac postea, cum infelicissime gessisset tantum magistratum, ui illatus est sanguinarius ille in archiepiscopatum Lundensem, episcopatumque Scharensem, quo illis duabus ecclesiis pastor et episcopus preesset, homo sceleratissimus furca et tartaro dignus. De-|mum quando concepto odio in nullos 50
 seuiebat atrocius idem rex quam in suos familiares, ita in hunc Theodericum atrocissime grassatum atque seuitum est, quando in contumeliam Rhomane ecclesie, ac tocius ecclesiastici status ignominiam, absque publica iuris sententia, combustus sit, posteaquam reductus fuerat ad rogam a patibulo, ad quod suspendendus ducebatur Haffnie in foro publico, 30

quod uetus forum nuncupatur. Quo supplicio utinam omnes pereant, qui principum animos, non nisi optimis rationibus imbuendos, corrumpunt atque pessimis consiliis labefactant.

5 Eodem anno cepit Christiernus rex occasionem querere aduersus omnes regni proceres, ut uniuersos, quemadmodum in Suetia fecerat, una morte perderet, uniuersaque illorum bona suo fisco addiceret. Porro e principe iam tyrannus factus, cepit
10 esse tam formidabilis multis, ut nemo uocatus accederet, nisi qui iam mori paratus esset, tam erat illius tyrannis famosa facta, ut quisque sibi timeret, quod aliis uiderat accidisse. Vnde cum intelligerent quidam cordati viri, Danice libertatis studiosi ac
15 tyrannidis osores, completam esse ipsius maliciam, communicato cum amicis consilio, decreuerunt quibus possent modis succurrere periculi-
51 tanti reipublice, idque fidelitatis debito iure. Quo factum est, ut nec coram deo, nec coram hominibus astringerentur
20 illi subesse, nec cuius aliorum principum, qui tanta crudelitate ac strage in sibi subiectum populum grassari contenderet, tanta etiam impietate deum optimum maximum irritare atque prouocare, vti hec tria regna horrendo didicerunt experimento, his que
25 sequuntur rationibus aliisque innumeris.

Rex itaque Christiernus summa iniuria omnipotentis dei, multorumque simplicium subditorum manifesto offendiculo, atque perniciosi erroris occasione, ad Haffniam regiam ciuitatem accersiri fecit
30 manifestos et ab ecclesia damnatos hereticos atque schismaticos, qui orthodoxam fidem impia doctrina labefactarunt, qui etiam freti uiolento prefati regis

principatu, mira impudentia ac temeritate suaserunt defectionem ab obedientia ecclesie Rhomanę (quam subinde Satane sedem et antichristi regnum appellabant) que est tocius orbis, quoad fidem, atque omnium precipue uere Christianorum mater et domina. 5
 Cui et nos et maiores nostri pia deuotione ac deuota pietate hactenus fueramus subiecti, in his que fidei sunt et res Christiane religionis postulant. | Cui 52
 nos etiam, successoresque nostri, ut par est, reuenter obedire debemus ac volumus, quemadmodum 10
 pios et synceros decet Christianos. Hinc factum est, ut ecclesiasticos uiros nullo duceret honore dignos, contemneret etiam sacros canones, patrum decreta, ecclesiasticos ritus, quos nimirum consilio spiritus-sancti, uetustissimorum sanctissimorumque primi- 15
 tiue ecclesie patrum autoritas nobis seruandos tradidit, auersaretur item uota deo dicata, adeoque existimaret nullum esse rerum discrimen, ut nihil putaret sacrum, sed omnia haberet prophana, ideo- 20
 que sub ipsius tyrannico principatu nec parcitum est sacris secus quam prophanis.

Exemplum
 inaudite
 crudelitatis.

Sed et reipsa multis exemplis declarauit suam crudelitatem. Nam sacratos episcopos atque prelatos contra omnem equitatem uiolenter captos in uincula et carcerem coniecit. Adhec equitesauratos, pro- 25
 ceros permultos aliosque insigni probitate uiros, quos etiam inaudita crudelitate capitibus truncatos sinebat eodem quo fuerant interfecti loco, palam iacere, nullis adhibitis custodibus, qui uel canes aut porcos abigerent, quorum laniatui uidebantur expositi, qui 30
 tamen ad illum bona fide uenerant, freti illius com-
 meatu atque securitate sacratissimo iureiurando fir-

53 mata. Inter quos fuerant | Reuerendi in Christo pa-
tres episcopi Strengenensis et Scharensis una cum
electo Lincopensi, uniuersi etiam regni Suetie con-
sules, uno et altero exceptis, plerique proceres atque
5 Holmensis opidi magistratus. Nam vniuersi capitibus
truncati, sacri et prophani, proceres et plebei,
plures septuaginta fuisse creduntur.

Deinde triumphata Suetia, cum rediret in Dati-
am, declinauit ad Monasterium quoddam Cisterti-
10 ensis ordinis Nydall nuncupatum, vbi crudeliter uin-
ciri fecit sacratum abbatem cum aliquot Monachis
sacerdotibus, eadem hora, qua ab altari (peracto
uenerando eucharistie mįsterio) uenerant, quos sta-
tim uinctos aquis prefocari atque submergi fecit,
15 crudeliterque interfici, absque culpa, atque sine iu-
dicio, iure et misericordia, nam adeo erant innoxii,
ut ne uerisimile quidem crimen in eos confingi pos-
set, nisi quod aliquam eiusdem anni commeatus par-
tem ad secretiores nemorum secessus efferri curas-
20 sent, ne a militibus gregariis cuncta distraherentur
(quorum iniquitas hac in parte longa experientia
plus satis est famosa) et quo future fratrum necessi-
tati prospectum vtcunque esset. Nam interim in mo-
nasterio tanta erat commeatum copia, ut abunde
54 sufficeret regi et vniuerso eius satellitio, | etiam si il-
luc uenisset cum non exiguis militum copiis. Nec
istud crudelitatis ingenium erat in illo nouum, quia
olim, cum regnaret in Noruagia, uiuente adhuc pa-
tre, detinuit in teterrimis carceribus atque dura cap-
30 tiuitate episcopum Hammerensem Carolum nomi-
ne, uirum sanguine et uirtute nobilem, usque ad
diem mortis sue, que ex diuturna captiuitate, situ

Crudelitate
regis Chri-
stierni etiam
Nero uictus.

Captiui.

ac squalore carceris, immature nimis accelerata fuit, idque factum est sola potestate et nullo iure, accepta dumtaxat hinc occasione, quod a dicto Carolo, tanquam fidei et Christiano consiliario, frequenter moneretur tyrannicos quosdam et plusquam ethnicos mores emendare, quibus in Noruegia ceu tyrocinio quodam ad futuram malicie libertatem prelude cepit. Simili uiolentia et pari crudelitate captiuum duxit Reuerendum in Christo patrem, dominum Ioannem Andree episcopum Ottoniensem, qui bona fide aduenerat, regiis litteris ad communem dominorum et procerum regni congregationem uocatus, qui iam pluribus annis detentus erat, sub arctissima custodia de vno carcere ad alium translatus, atque grauissimo seruitutis iugo depressus, non absque maximo uite discrimine, preter iudicium, ius et equitatem. Adhec sub tempus captiuitatis eiusdem Reuerendi patris cepit curiam episcopalem ciuitatis Ottoniensis uolenter occupare, atque nonnulla eiusdem diocesis castra, possessiones et predia, ut interea taceatur uniuerse eiusdem suppellectilis distractio, nempe armorum, equorum, uasorum, uestimentorum atque rerum preciosarum, que etiam nunc occupat, detinet malaque fide possidet.

Argumen-
tum magne
perfidie.

Idem quoque rex uocatos ad se Lundensis ecclesie prelatos per bone fidei litteras carceri mancipauit, comminatus mox atrociora, ac deinceps ui metuque mortis adegit, ad tradendum sibi castrum quoddam, totamque eiusdem castrum ditionem, et quicquid iuris habebat dicta ecclesia Lundensis in insula quadam nuncupata Borgenholm una cum ciuitate Aasensi ac aliis multis eiusdem diocesis possessio-

nibus, ditionibus et iuribus, que non poterat prius iure usurpare. Quinetiam singulari quodam odio erga clerum affectus, sola potestate autoritateque et nullo iure uiolenter oppresserat iniustis ac insolitis exactionibus episcopos, prelatos, uniuersum quoque clerum, quos singulari pietate conueniebat defendere, tueri ac patrocinari, exemplo omnium Christianorum principum, quos nihilominus sua tyrannide spoliavit priuilegiis, libertatibus ac prerogatiuis, quas habent ex iure pontificio, iureque Cesareo, idque fecit contra iurisiurandi fidem, ipsis ac toti regno iam olim promissam. | Itaque ob has prefatas, atque alias innumeras uiolentias et oppressiones sacrilegaque facinora, adeo sunt afflicta hec tria regna, 15 Datia, Suetia et Noruagia, ut ne unum quidem habeant archiepiscopum suo munere fungentem, suoque iure utentem. Nam post obitum Reuerendi patris Birgeri (felicis recordationis) archiepiscopi Lundensis, ita fuit diocesis Lundensis afflicta, ut affligi magis non potuerit. Nunc enim quos uolebat, posito 20 omni iure, archiepiscopos instituit, ac rursus destituit, metu mortis adigens iam ad religionis ingressum, nunc etiam uitam igne et patibulo eripiens, adeoque insaniens, ut denique ardelionem quendam, nebulonem ac sycophantam, hominemque peregrinum et alienigenam in archiepiscopum instituere mallet, quam uirum probum et bonum, omnium consensu electum, aut alium quempiam ex regni inquilinis.

30 Archiepiscopus uero Suetie multo tempore exilium apud Danos passus est. Is enim cum Christierni regis causa ac Danorum fauore sustinisset in

Archiepiscopus Lundensis.

Archiepiscopus Vpsalensis.

Suetia grauissimam obsidionem, letifera vulnera, omnium rerum ecclesie Vpsalensis direptionem, parentis etiam sui, ac amicorum duram captiuitatem, rerumque omnium depopulationem, insignis etiam castri euersionem, adeo non est consecutus apud regem Christiernum ullam gratiam, ut etiam idem rex, multis excogitatis dolis, ac mira uafritie, moliretur in penam capitis eiusdem Reuerendi patris. |

Archiepiscopus
Nidrosiensis.

De exilio archiepiscopi Noruagie sic res habet. 57
Cum enim rex Christiernus multa multis annis machinatus esset in perniciem eiusdem Reuerendi patris, tandem, ut diu meditata perficeret, subornauit per quendam Ieorgium scribam, uocari prefatum Reuerendum patrem ad quedam comitia in Bergensi opido cum regni Noruagie magistratibus celebranda, hac ratione, ut ad primum ciuitatis ingressum mox caperetur captusque in saccum coniiceretur ac demergeretur in profundum maris. Quum hec clam agerentur, uolente deo, ac sibi fidentibus succurrente, insidie sunt eidem Reuerendo patri patefacte, qui confestim eodem quo iam uenturus erat ad comitia nauigio, transfretauit in Hollandiam, ac deinde Rhomam profectus migravit ad dominum. 10 15 20

Sed et alij episcopi multi, quidam crudeliter morte affecti, nonnulli etiam suis sedibus pulsi, de quorum numero sunt episcopi, Ottoniensis, Strengenensis, Scharensis, Arosiensis, Oboensis, Opsloensis, Bergensis, Hammerensis, Stauangensis, non absque maxima iactura et grauissimis istorum trium regnorum dispendiis. 25 30

Insuper idem rex sola potestate et nullo iure grauius afflixerat insignes nobilitate uiros auorumque

stemmate claros, et precipue regni consules atque magistratus, quos maxime honoratos oportuit, ueluti
58 suos in regno coadiutores. | Inter quos D. Chanutum
Chanuti, equitemauratum ac regni Noruegie con-
5 sulem, fecit absque ulla iuris spetie, capite truncari,
imo refragante toto regni concilio, quod sciebat cru-
delissimum regem nequaquam iure et equitate, sed
odio et autoritate commoueri, ac postea non minori
tyrannide, uniuersam eius ditionem, que heredibus
10 debebatur, sub corona confiscari.

Chanutus
Chanuti
eques Nor-
uegie.

Pari etiam crudelitate decollari fecit nobilem uirum
Torbernum Oxe, contra sententiam ac decretum to-
cius concilij, atque cum illo alium quendam in ar-
mis nobilem uirum, Ioannem nomine, ac deinde
15 Stephanum Webersteen, suum fidelissimum belli
ducem ac principem.

Torbernus
Oxe.

Iwncker
Iohannes.

Weffuer-
steen.

Idem rex nonminus impie quam iniuste fecit ex-
humari e templo fratrum predicatorum ciuitatis Ar-
husiensis corpus et cadauer uiri cuiusdam nobilis
20 Magni Thome, qui iam recenter mortem obierat
more et ritu Christiani uiri, susceptis prius ecclesie
sacramentis, quem etiam tam crudeliter exhuma-
tum iussit in patibulo suspendi in foro ciuitatis Ar-
husiensis, ac demum uniuersam eius possessionem
25 et uxoris illius fecit sub corona confiscari.

Magnus
Thome.

Adhec contra iurisiurandi fedus, ac fidem signa-
tis libellis promissam, absque iudicio, misericordia
et equitate, inaudita crudelitate decollari fecit nobi-
59 les equitesauratos, regni Suetie consules ac alios | in-
30 signes nobilitate uiros in ciuitate Holmensi, negato
illis penitencie sacramento, quorum corpora post
triduum extra opidum elata ac super ingentem con-

Consules
regni Suetie.

iecta rogam concremari fecit. Adeo estuabat furore ac tyrannide sanguinarium illud pectus, ut non sineret ullas superesse illorum reliquias, cum tamen iam recenter ab eisdem communibus suffragiis assumptus atque electus fuisset in principem, dominum ac regem tocius regni Suetie, diademateque eiusdem regni insignitus. 5

Nec hac immanitate contentus, etiam sub corona fecit confiscari uniuersam ipsorum possessionem, fraudatis in hoc heredibus, multis etiam nobilibus domicellis ac feminis una cum filiis infantibus in captiuitatem ductis, que etiam usque ad illius fugam in captiuitate detinebantur. Nec alio spectabat auarissimus princeps, quam ut unus omnium possessiones sibi uindicaret. Nam biennio ante fugam exegit perpetuo iure duos aureos nummos singulis annis recipiendos a singulis tocius regni agricolis, ad quorumcunque siue ecclesiasticorum siue procerum prophanorum ius uiderentur pertinere. Cuius ferociam adeo tunc horrebant quidam ex regni consiliariis, ut priusquam regiam arcem conscenderent, admissa confiterentur peccata, formidine capitis aut carceris, ni consentirent regis imperio. Ab illo namque die, cum non fieret uoti compos, cepit moliri in perniciem omnium procerum tam sacrorum quam prophanorum tocius regni Datie. Nec dubium, si impiis illius conatibus successisset, quin omnes nos aut nunc essemus de miseranda Rutenorum seruitute, aut Bohemica scelestissima factione. Insuper uniuersos regni Datie nobiles, equitesauratos, ac alios in armis claros uiros, grauissima exactione afflixerat, seu pocius expilauerat, interim nec parcens 60 25 30

nobilibus uiduis, uirginibus ac mulieribus, quibus non magis parcitum est, quam seruilibus mancipiis. Quinetiam preter ius et decorum, sola tyrannica potestate fretus, priuauit eosdem suis priuilegiis, libertatibus atque debitis honoribus, quibus a principio gauisi fuerant maiores ipsorum. Atque hec omnia fecit contra iurisiurandi fidem nobis et regno promissam, obsignatos quoque sue electionis atque coronationis libellos.

10 Adhec nullo unquam honore dignatus est ecclesiasticos uiros, regni prelatos, consules ac magistratus, equitesauratos atque alios in armis strenuos uiros. Sed magis per impiam ac maleficam quandam feminam, concubine sue matrem, Sigisbertam nomine (omnibus regni proceribus authoritate, estimatione, honore ac dignitate antepositam) magno dedecore eosdem affecerat, que fuerat eidem regi maxima dictorum ac dicendorum causa, atque consilium ad alia impietatis crudelitatisque facinora in eiusdem
61 regis atque omnium regni inquilinorum perpetuum dispendium. Vnde consilio eiusdem femine flagitiosissime, idem rex promouerat, atque honore et potestate extulerat homines nequam, sycophantas ac nebulones seruilis condicionis supra uniuersos regni
20 consules ac nobiles, quos etiam regni castris, ditionibus ac feudis prefecerat. Inde uiri nobiles et stemmatibus clari uidebantur, imo uere erant oppressi, despecti atque contempti.

Ad hunc etiam modum uiolenta potestate, contra
30 iusiurandum, transtulit a Concilio ac regni magistratu fidem atque conseruationem castrorum, ditionum et eiusdem regni feudorum, in uxoris sue, libero-

rumque suorum ius et potestatem, que tamen in regis obitu debet regni consiliariis tradi atque consignari, alioqui non uideretur Datie regnum esse electionis iure liberum.

Preterea asserturus ac stabiliturus tyrannidem suam, ob tocies uiolatam fidem aduersus Suecos aliasque uicinas regiones atque Wandalie ciuitates, inconsultis regni consiliariis ac magistratibus, sibi pessime conscius induxerat in regnum Datie peregrinos quosdam exercitus, exterorumque militum copias, in perniciem eorundem, tociusque regni Datie et incolarum eius perpetuam ruinam atque dispendium. Tante enim erat perfidie etiam erga aliorum principum legatos, ut regis | Polonie legatum Holmis ad se missum primum honorifice exciperet, magnisque muneribus donatum dimitteret, comprehensum tamen, postquam abnauigauerat, vna cum xxiiii uiris, quibus stipatus aduenerat, submergi fecit, uiolata omni equitate, a gentibus etiam olim obseruata. Nam huic legato archana quedam communicarat, que postea communicata penituit, ideoque extinctum uoluit, ne quod acceperat effutiret. Adeo futilis erat idem tyrannus, ut nihil tacere posset. Infelix tamen ille, apud quem effutiuerat, quod illum mox perdere contenderet, ueritus ne reticeret, quod illi creditum esset. Vnde solitus erat dicere, Si scirem (inquit) capitis mei galerum meorum consiliorum esse conscium, mox in ignem coniectum exurissinerem.

Demum idem uiolentissimus princeps, absque ulla misericordia, et supra uires ac facultates regni, et incolarum eius immodicis exactionibus tam fre-

Regis Polonie legatus submersus.

quenter renouatis, nulla necessitate sed mera habendi libidine, uniuersas regni ciuitates atque rura afflixerat, grauiterque oppresserat nouis subinde excogitatis atque impositis censibus, tributis, teloniis, 5 prohibicionibus, legibus ac aliis innumeris grauaminibus, de quibus singulatim scribere foret nimis prolixum nedum operosum, quarum rerum uiolentia omnes regni prouintie adeo sunt facultatibus uacuefacte, ut ubique regnaret mera paupertas omnium-
63 que rerum caristia. | Et cum iniquissimis grauaminibus uniuersos pene thesauros suo fisco intulisset, tunc demum cudi fecit usuaelem monetam ex impositione magni pretij, sed ex re nullius prorsus ualoris, que iccirco non solum attulit regni inquilinis
15 maxima damna, sed etiam est atque erit perpetuo, re et nomine, toti Danorum regno ingenti probro. Atque ut paucis dicamus, adeo cecutiebat crudelis princeps, solo priuati commodi respectu, ut diceret omnes omnium possessiones, iura, predia, hereditates atque opes ad sese pertinere, esseque sui iuris et
20 potestatis, ideoque omnium rerum, que in regno erant, non dubitabat auarissimus rex se dominum appellare. Vnde sibi persuaserat licitum esse, quicquid unquam animo illius collibuisset. Nec secus
25 usurpabat sibi dominium in liberos homines Christi sanguine redemptos, quam in brutas pecudes, quod illos multo crudelius interficeret, quam bestias bestiarum laniatores.

Ob hec tam crudelia facta, ob impietates, cedes,
30 strages, compilationes, aliaque innumera grauamina, iniquum atque impium erat, coram deo et hominibus hunc tyrannum ab ipsis diutius tolerari, cum

reuerenter ac frequenter admonitus nunquam sese emendare curauit. Imo ut suam tyrannidem perpetuo stabiliret, uocari | iussit omnes regni consules, 64
 precipue Iutos, ad Calundeburgam, ueluti ab illis postulaturus consilium aduersus rebellantes Suecos, 5
 sed reuera animo perdendi omnes uno supplicio. Sibi tamen probe conscij uocati ueniebant. Verum priusquam illo peruenissent, repulsi sunt ad littora Iutie contrario uento, domino de illis hac ratione melius disponente. Quod cum ille rescuisset, iterum 10
 iussit fieri solennem dominorum conuentum Ciuitate Arhusiensi ad diem conuersionis beatissimi Pauli apostoli.

Interea dum publico rumore discunt aquilonares Iuti Christiernum regem ad Arhusiam uenturum, 15
 cum grandi exercitu recens ex Germania uocato, atque precedere illum bombardas bombardicosque pulueres et globos, quibus erat de illis supplicium sumpturus, si ad sua presidia confugissent, preuenientes illum fecerunt et ipsi Wibergie conuentum, 20
 ubi ualida conspiratio facta est aduersus intolerabilem Christierni regis tyrannidem, creuitque quotidie conspirantium numerus. Communibus igitur litteris primum missis, significabant eidem iustissimas defectionis atque rebellionis causas, moxque miserunt 25
 litteras faciales. Rex uero suis copiis diffisus, animo destitutus, quod esset sibi male conscius, relicto in Pheonia exercitu, ubi tunc erat, ad Haffniam est reuersus, inde paraturus sibi fugam, quam fuerat iam diu meditatus. 30

Electio Friderici regis.

Interim eligitur nouus princeps ac rex, illustrissimus Holsatie dux Fridericus, Christierni re-|gis pa- 65

truus. Cui iam per totam Cymbriam circumducto iuratum est, prestitumque fidelitatis obsequium, ab omnibus regni consiliariis, proceribus et magistratibus nomine totius communitatis, quibus etiam ipse
5 uicissim iurauit, quod iurari solitum est a suis precessoribus regibus, qui inaugurari solent ad huius regni magistratum ac principatum. Mutatus est itaque dominus, regnum uero minime sublatum, ut exsequentibus liquebit.

10 Anno domini .1523. uigesima die Aprilis fugit ex hoc Datie regno, mala conscientia, et iusto dei iudicio condemnatus ac territus Christiernus eius nominis secundus, rex Datie, Suetie et Noruagie, una cum uxore ac liberis, compilatis prius potioribus
15 regni thesauris. Siquidem sibi pessime conscius ob tyrannidem atque principatum crudelissime gestum, cum uniuersos regni thesauros suis nauibus intulisset, posteaquam iam ab illo descuissent uniuersi proceres, magistratus et inquilini regni, per litteras
20 patentes, quibus defectionis causas copiosissime prodiderunt, ne inopinato ab illis opprimeretur, collecta nauium suarum classe, traiecit primum in Hollandiam. Cumque ibidem non daretur tutus commeatus, statim illinc soluit, in Selandiam nauigaturus,
60 quo cum uentum | esset, obtinuit quem uoluit commeatum uxoris sue fauore, magis quam propriis meritis. Adeo male meritis erat de uniuersis Europe nacionibus, ut nusquam superesset illi cuiusquam gratia aut fauor. Deinde multo tempore ut exul et
30 peregrinus ac hospes uagus perlustrauit fere totam Germaniam, omnibus inuisus ob famosam tyrannidem.

Fuga regis
Christierni.

Haffnia
obsessa,
.1523.

Eodem anno mense Iunio in profesto Barnabe apostoli, obsessa est ciuitas Haffnensis ab exercitu Friderici primi noui regis, cui erant iuncte Lubicensium copie. Reliquerat enim in fuga Christiernus rex militum presidia, quibus pollicitus est se reuersurum, intra trium mensium spatia, cum multa armatorum manu, ac rursus regnum quod defecerat recuperaturum. Persuaserat enim sibi, illud esse hac occasione factu facillimum, quod diu antea cogitauerat, nimirum ex regno libero facere hereditarium. Nam si armis uindicasset regnum e manibus deficientium, mox hereditarium fecisset, extinctis nobilibus regni presidiis. Sed Clementissimo deo, qui natura crudelitatem et impietatem odit, aliter uisum est, qui flagellare ob peccata solet, non perdere, corrigere, non extinguere. Quod si predicta non reliquisset in regno presidia, nec Haffnia nec Malmogia rebellassent, sed mox uenissent in dedicionem cum reliquis regni ciuitatibus et castris. Durauit autem obsidio pertinacia militum (qui regnum in Haffnia uerius habebant quam miliciam) pene octo menses, scilicet usque ad festiuitatem trium regum anni xxiiii, durassetque diucius, si illos commeatus copia non destituisset, qua destituti fecerunt dedicionem, que liberis condicionibus suscepta est, abeuntibus e regno militibus una cum domino Henrico Gøje, Christierni regis uicario fidelissimo.

Coronatio
Friderici
regis.

Anno domini .1524. mense Augusto, septima die eiusdem mensis, cum multo tempore Haffnie celebrata essent solennia comitia omnium procerum et magistratuum tocius regni Datie, ad que etiam conuenerant magistratus ciuitatum Wandalie, pro fir-

mando pacto aduersus regem Christiernum, qui iam publicus regni et dictarum ciuitatum hostis habebatur, ac missi essent etiam quorundam principum legati, nempe Caroli imperatoris, regis Anglie Henrici octauai, atque Ferdinandi archiducis Austrie fratris Caroli supradicti, hac ratione ut uel preter spem componere possent inter illustrissimum principem ac regem Danorum Fridericum primum, magistratus regni Datie et expulsum regem Christiernum, quorum tamen legatione nichil effectum est. Interea Illustrissimus princeps atque electus rex Datie Fridericus primus, qui Christierno communibus tocius regni suffragiis suffectus erat, regio diademate est solenniter insignitus, presentibus ibidem uniuersis regni magistratibus | ac proceribus, adhec consulibus et dominis dictarum Wandalie ciuitatum, cum ingenti multitudine domicellarum atque promiscue plebis, qui ex diuersis regni partibus noui principis felicibus auspiciis gratulaturi aduenerant.

Eodem anno et mense, ipso die beati Laurentij Martyris, correptus est subitaneo morbo, apoplexia siue paralyti, dominus Nicolaus Høg equesauratus in edibus sanctispiritus ciuitatis Haffnensis, quo mox priuatus est loquendi postetate ac membrorum usu, deportatusque in stabulum ubi diuersabatur, post nonum diem a correptione defecit ac mortuus est. Hic habitus est a quibusdam ecclesiasticorum hostis, quod constanter insultaret quorundam uitiiis ac insolentie, auersareturque luxum et fastum episcoporum, incertum an zeli aut odij aut auaricie affectu permotus, erat enim ualde eloquens mireque disertus. Subiectis uero rusticis (ut ferebatur) imminabat

D. Nicolaus
Høg.

gravis et intolerabilis. Multi sunt ecclesiasticorum osores, quia opibus et possessionibus sunt felices, non quod ipsis male utantur, sed quod possideant, atque iccirco magis odio quam zelo cupiunt uiros ecclesiasticos reformari.

Eodem anno mense Augusto, ipso die feriarum beati Bartolomei, habitus est Malmogie solennis dominorum conuentus inter regem Danorum Fridericum primum ac D. Gostauum Erici, electum regem Suetie, pro firmanda perpetua pace inter hec tria regna, quo fortius obsistere possent trium regnorum immaturo hosti regi Christierno, iam e regno profligato. In quo conuentu communi consensu statutum est, ut Gotlandia insula (de qua semper inter Danos et Suecos fuerat controuersia) esset sub ditione regni Dacie, quemadmodum iam fuerat centum uiginti annos et ultra, a temporibus Waldemari patris Margarete regine trium regnorum. Restituta fuit etiam Blekingia, que duobus pene annis a Suecis fuerat occupata, dolo et fraude intercepta in fuga regis Christierni secundi famosi tyranni. Hec pax et concordia facta est authore magistratu Lubecensi, qui tum regebat dictum Gostauum, cuius suffragio et procuratione electus erat in regem Suetie, cum tamen tanto principatu uideretur indignus, cum ob generis ignobilitatem, tum maxime ob animi ferociam atque ignaui pectoris nimiam superbiam.

Ioannes
Mwle epis-
copus Opslo-
ensis sub-
mersus.

Eodem anno mense Septembri, xxiiii die mensis periit Naufragio magister Ioannes Mwle recens consecratus episcopus Opsloensis, non procul a monasterio Westerwiig. Impegerat namque in uadum ipsa nauis ui tempestatis impulsa, qua confracta coniecit

se in schapham cum nouem aliis uiris, qui omnes una perierunt, procellis undique obruti et euersi. Nam qui permanserant super nauis fragmenta, salui ad littus tranquillo iam mari peruenerunt, ut frequenter | usuuenire solet. Ferunt qui cum uulgo sentiunt fatidici, illum ita periisse, quod malis artibus episcopatum sit adeptus. Ad resignationem namque suum predecessorem Andream Mwss, alioqui ob inertiam et ingenii stuporem episcopatu indignum, 10 metu mortis adegerat. Nullus itaque presumat temere ante tempus iudicare. Naufragio etiam perire solent uiri sancti et deo amabiles. Ipse Ioannes ea fide, qua uulgus (pessimus uere probitatis censor) fidelem uocat, fuit olim Christierno regi fidelissimus, quod 15 promptus esset ad gerendum illi morem in omnibus, nulla animaduersa ratione, an Christo digna mandasset nec ne, modo per phas et nephas regis fisco multa inferre posset. Huius item delationibus exilium pertulit usque ad mortem Reuerendus pater 20 ac dominus D. Ericus Walkendorff archiepiscopus Nidrosiensis. Sic tum publica fama ferebat.

Eodem anno mense Iunio igne consumpta est maior ac potior pars ciuitatis Welensis, que est Iutie aquilonaris, irrumpente subito incendio ex domo cuiusdam ciuis Engelberti nomine ex incauta luminis custodia. Habebat enim hospites quosdam equisones, quorum incuria neglecta est in stabulo candela ardens, que cadens primum paleas deinde totam domum succendit. Vulgus autem predictae ciuitatis existimabat, ignem irrupisse iusto dei iudicio, ob aliarum ac tesserarum lusum. Itaque falso prefato Engelberto imputabant, quod tota | illa nocte lusisset

Wele ciuitas
Iutie igne
consumpta
anno .1524.

alea, simul molientes insidias, ut illum perderent. Adeo namque communis sensus aleam et tesseras auersatur, ut credat rem diuina ultione dignam, et tamen plerique huiusmodi rebus ita sese noctes et dies oblectant, perinde atque essent res maxime licite, declarantes se huiusmodi factis nec sensum habere communem nec proprium.

Seuerinus
Nørby fit
hostis
Danorum.

Anno domini .1525. cum Seuerinus Nørby prefectus Gotlandie adhuc militaret regi Christierno trium regnorum hosti, nullo iudicio sed summa desperatione, emisit aliquot naues duce Ottone Stigoti (homine perfidissimo, multisque sacrilegiis famoso) inuasurus nescio quas Danie partes nomine eiusdem Christierni regis famosi tyranni. Cumque iam occupassent arcem Syllisburgensem, Ciuitatem Aasensem atque arcem illi uicinam, statim obsessa est ciuitas Aasensis ab exercitu Danorum, D. Tuchone Crabbe principe ac belli duce. Ex obsidione igitur dicte ciuitatis missi sunt gregarii milites quingenti, duce D. Nicolao Bilde equiteaurato, repressuri insultus quorundam rusticorum, qui in saltibus latentes insidias moliebantur Domino Tuchoni Crabbe illiusque copiis, quibus dictam ciuitatem Aasensem obsidebat. Quo cum peruenissent, et diluculo trucidassent paucos quos offenderant rusticos, statim furore et insania perciti irruerunt in opidum Syllisburgense, quo existimabant rusticos, quos querebant, fugisse. Quod opidum, crudelissime interfectis omnibus ciuibus, spoliarunt, omnibusque bonis uacuefecerunt, uixque temperatum fuit a sacris. Adeo seueiebant crudeles illi tortores tartaro digni, apud quos nunc est rerum summa, quod soli hisce temporibus

satis feliciter sibi fruuntur principum insania. Atque hec faciebant sanguinarii illi absque mandato domini Tuchonis et dicti Nicolai Bilde, ut fertur. Hec facta sunt mense Martio, die mensis undecima.

5 Eodem anno, cum audisset Seuerinus Nørby rem iis, quos premiserat, successisse, statim subsecutus magna nauium classe, ac ingenti militum copia, uindicaturus sub potestate regis Christierni totam Schaniam, si pro uoto fuisset belligeratum. Porro qui
10 cum domino Tuchone erant, obsidentes ciuitatem Aasensem, metuentes Seuerinum esse uiribus et armis superiorem, relictis castris, ad Malmogiam profugerunt, ut auctis uiribus inde possent occurrere ueluti ex insidiis Seuerini copiis. Interim per uni
15 uersam Schaniam libere grassatur Seuerinus, concurritur undique, conspirat insanum uulgus suo malo, quod autumat se iam ab omni uiolentia omnique principatu liberatum. Igitur uastant omnia, immanibus sacrilegiis monasteria et templa prophanantes, omniumque nobilium arces et edes spoliantes,
20 que non habebant turres et munitiones, quasdam etiam igne | succendunt. Cumque iam obtinuisset ciuitatem Lundensem ac Landiscronensem, fugientibus inde militibus, qui positi erant in presidiis, statim cepit opera rusticorum ciuitatem Landiscronensem
25 aggere et fossis munire, aliisque propugnaculis, unde hostes imminentes arceri poterant. Proinde hac coniuratione facta, cepit idem Seuerinus xviii die mensis Aprilis arcem Helsinburgensem oppugnare, Christierni regis nomine. Verum post decimum
30 diem obsidionem soluere coactus est, propter subitam irruptionem, quam in illum faciebant ex Mal-

Seuerinus
Nørby fit
uastator
Schanie.

mogia irrumpentes proceres et regni copie, belli duce ac principe domino Tuchone Crabbe, quo eisdem temporibus nemo uisus est, pro asserendo Datic regno a Christierni regis, Seuerini Nørby ac ceterorum regni inuasorum tyrannide, fortius depugnasse. 5
Nec alia fuit huius tragedie occasio, quam stulticia et sedicio ignobilis uulgi Lundensis diocesis, quod est tributorum ac censuum regalium impatientissimum. Quam uero calamitatem passa sit Schania ob negatum regium censum (cuius summa erat xxiiii 10 solidorum a singulis soluenda incolis) ex sequentibus patebit.

Dominus
Tucho Crabbe fit uictor.

Eodem anno xxviii die mensis Aprilis, Dominus Tucho Crabbe, Malmogiam egressus | cum ualida 74
armatarum manu cumque multis regni proceribus, 15
pugnaturus aduersus instructam aciem Seuerini Nørby, que iam fixerat castra sua in ciuitate Lundensi, unde irruptionem parabant in reliquam Schanie partem adhuc a prodicione ac sedicione alienam. Habebat autem Seuerinus Nørby exercitum satellitum 20
Danicorum, militum gregariorum, ciuium ac rusticorum. Igitur D. Tucho in aperta ac patente planicie non procul a porta Lundensi cum Seuerini copiis congressus, strauit ex illis tria milia et quingentos, ceteris in fugam uersis, atque ex militibus gregariis in 25
captiuitatem ductis quingentis triginta sex. Erat autem tam atrox tamque crudele bellum, ut fugientes, in templis ac basilicis comprehensi, trucidarentur.

Obsidetur
opidum Landiscronense.

E bello igitur fugientes mox reuersi sunt ad Seuerinum Nørby, qui tum ex opido Landiscronensi, 30
quod occupabat, aduersus D. Tuchonem rebellionem parabat, quem sciebat uictorem factum, mox obsi-

dione cincturum dictum opidum Landiscronense. Cumque iam obsideretur, subornauerat quendam Ottonem Stigoti, qui coactis aliquot rusticorum milibus, ex insidiis inuaderet D. Tuchonis castra. Quod cum D. Tucho rescisset, exploratis rusticorum uiribus, relictis castrorum presidiis, intempesta nocte perrexit obuiam rusticis | iam ex aduerso uenientibus iuxta lucum quendam vulgo nuncupatum Bwncketoffte, qui uidebantur insidiose conclusuri dominum Tuchonem Crabbe cum suis copiis, qui tum graui obsidione circumdederat Seuerinum Nørby, publicum regni hostem et inuasorem, in dicto opido Landiscronensi. Verum is insidiarum prescius illos inopinatos anteuertit, strauitque duo fere milia et ducentos, ceteris in fugam actis, nonnullis etiam in captiuitatem ductis. Huiusmodi turbas excitarunt quidam regni proditores, qui adhuc principis Christierni cause inique fauebant, qui insidiantes tocius regni saluti, abutebantur uulgi simplicitate usque ad grauissima dispendia, et horrendam tocius Schanie calamitatem. Quandoquidem qui ex bello superstites fuerant, maxima pecunia mulctati sunt, supra uires et facultates suas, que ad omnes Seuerino adherentes peruenit. In hoc prelio primus omnium fugit Otto Stigoti sceleris artifex, cum uidisset exercitum domini Tuchonis, qui postea captus ab iratis rusticis, traditus est dominis Schanie corrigendus, a quibus in carcerem missus super arcem D. Ioannis Holgeri, Glymminge nuncupatam, ac inde dimissus in arce Haffnensi carceri mancipatus est, supplicio capitis afficiendus, sed | quia nondum erat illius completa malicia, iusto dei iudicio alteri malo reseruat, etiam multorum precibus inde liberatus est.

De strage
nigrorum
rusticorum.

Hoc commune malum, odium uulgi contra proceres regnorum et principatum, adeo infecerat totam Germaniam, ut initio facto ab atra ualle, eisdem ferme diebus uniuersum pene uulgi Germanie conspirauerit in perniciem omnium principum, satraparum, procerum, ac dominorum, accepta primum occasione ex Lutherana heresi, que ob animi stoliditatem egerrime ferebat primatum et presidentiam. Sic sibi libertatem quandam (authore Luthero) hoc est peccandi licentiam persuaserant, ut nulli principatui ducerent esse parendum. Postea uero quam primo egressi sunt rustici numero admodum pauci, uires et incrementa accipientes adhesionem multarum prouintiarum et ciuitatum, euerterunt procerum castra, monachorum cenobia, et sacerdotum atque canonicorum collegia, sacrilega prophanatione, grauissimaque clade omnia uastantes. Principes itaque Germanie, uidentes imminere nouissimam cladem, ni obsisteretur tante uiolentie, coacto grandi exercitu, ceciderunt plures quam centum milia rusticorum, ceteris mulctatis maxima pecuniarum summa, oppressisque grauissima seruitute.

Coronatio
Sophie
regine.

Eodem anno mense Augusto, ipso die feriarum beati Hypoliti, cum essent in ciuitate Haffnensi publica comitia, coronata est in Danorum reginam illustrissima domina Sophia, Friderici primi Danorum regis uenustissima coniunx, et filia ducis Pomeranie, multorum uirorum nobilium maxima gratulatione.

Andreas
Friiss Cantor
Haffnensis
moritur
.1526.

Anno domini .1526. mense Febuario, xix die mensis, diem clausit extremum uir ualde uenerabilis, et ob id longa memoria dignus, magister Andreas Ffriis, Cantor Haffnensis dignissimus, posteaquam

multis annis fuerat eiusdem ecclesie Haffnensis tutor et dispensator, que sub illius tutela susceperat multa et preclara incrementa, rebus testantibus. Hic multis annis graui egritudine laborabat, cuius tolerantia pie credimus abolitum esse atque expiatum, quod per illum humana fragilitate in uita designatum est, maxime cum largiendis eleemosynis multis liberalibus uiris prestaret. Vnde ob insignem erga pauperes benignitatem, omnium ore et uoce celebratus est.

10 Semper enim in mente habebat hoc Christi uerbum: Date eleemosynam et omnia munda sunt uobis. Desideratur adhuc hodie, et posthac etiam multis annis desiderabitur, quem tulit dominus, ne uiderent illius oculi abhominationem illam horrendissimam,

15 a Lutheranis postea factam, permittente Friderico sacrilego rege, sub Ioanne Taussøn omnium hereticorum pertinacissimo.

Eodem anno mense Maio, xxviii die mensis, cum per uniuersam Cimbriam serperet uirus | Lutheranice factionis, submersus est quidam Ioannes Esberni sacerdos, sacerdotisque filius, iuxta Olburgam, eiusdem factionis pertinacissimus sectator. Erat autem filius domini Esberni olim canonici Vibergensis. Iste Ioannes post multas in deum ac diuos omnes sanctaque ecclesie sacramenta blasphemias, cum dixisset execrabili sua lingua, se malle perungi stercore bouino, quam Chrismate aut oleo uerbo dei et solenni benedictione sacratio, baptisassetque in fonte baptismatis diue uirginis statuam, iamque probe

30 potus, tactus est fatali quodam desiderio, maris sinum, qui eandem urbem alluit, transmittendi. Cumque soluisset a littore, preceps in mari delapsus sub-

Lutheranus
quidam
submersus.

mersus est, puero tamen periculum euadente, quem dictus Ioannes scapham secum coegerat ascendere. Occulta quadam dispensatione diuina factum est eisdem temporibus, in ultionem scortacionum sacerdotalium, ut nulli magis fauerent impie secte quam sacerdotum spurii, inter quos erant plerique michi noti, sed multo plures pluribus. Primus michi notus erat iste Ioannes, filius domini Esberni canonici Vibergensis. 2^{us} quidam magister Ieorgius cuiusdam Vicarii Vibergensis filius, cuius sororem, Dorotheam nomine, magister Ioannes Tausson, omnium priapistarum in Dacia primus, duxit uxorem. 3^{us} sceleratissimus quidam dominus Laurentius Hwijd, Sigisberte secretarius, filius domini Petri Hwijd etiam Canonici Vibergensis. 4^{us} quidam D. Ioannes, olim Cancellarius episcopi Vibergensis. | Nouissimus carmelita quidam lector, nomine Mauritius, filius cuiusdam prepositi in Sampso. Hic erat callide impudens et impudenter callidus. Taceo alios quosdam michi propius notos, de quibus forte olim, si uita fuerit comes, sum scripturus, nempe completa ipsorum malicia.

Fridericus
rex palam
fit Lutheranus.

Eodem anno mense Iunio, cum ante biduum Haffniam intrasset Fridericus sacrilegus rex, Christierni secundi famosi tyranni successor et patruus, unacum Magno Gøije equitum magistro, aliisque Holsatis multis, cepit Lutheranorum more feriis sextis carnibus uesci, quibus Christiani omnes a temporibus apostolorum carnibus abstinerant. Hoc pessimo exemplo Sialandis prius inaudito multi sunt scandalisati. Nec dubium quin eiusdem magistri equitum consilio factum sit, quod is totis uiribus Luthera-

nismum in hoc regnum certaret inferre. Quando-
quidem eodem anno idem Magnus Gøije sua sacri-
lega temeritate cepit communicare sub utraque spe-
tie absque ulla preparatione preuia, qua ueteres Chri-
5 stiani expiari solebant, contritione, oratione, ieiunio,
confessione, eleemosyna aliisque piis factis, cepe-
runtque eodem anno, sic uolente et conniuyente prin-
cipe, proceres aliquot regni, uniuersa sacra conspu-
ere atque contemnere omnium seculorum sanctissi-
10 ma decreta, que a temporibus apostolorum ad no-
stram usque etatem fuerant religiose seruata. Quod
80 si ius-|tissimus deus perpetuo tulit hec probra, iudi-
cet posteritas. Ego uero non potui michi non per-
suadere, quin ultio diuina illis breui immineret,
15 quod superbissime contemneret sacrilegus princeps
omnium bonorum uirorum, nobilium et ignobilium,
sacrorum et prophanorum, salutaria monita et con-
silia. Diuina enim dispensatione factum est, ut nec
sacerdotes omnes, nec proceres omnes fauerent ipsi
20 factioni, alioqui iamdudum de omnibus sacris rebus
actum fuisset.

Eodem anno et mense, ipso die decem milium
martyrum, soluit e portu Haffnensi, multo nobilium
comitatu, filia Friderici regis, mare Germanicum
25 transmissura ad magistrum Prussie, cui iam nupserat,
posteaquam contempto religionis uoto, quo teneba-
tur, defecerat ab ecclesie Rhomane obedientia, factus
iam Lutheranice factionis peruicacissimus sectator,
uindicato per tyrannidem toto cruciferorum ordine.
30 Eodem anno, die beati Ioannis baptiste, accersit-
us fuit ad arcem Haffnensem quidam frater Paulus
Helie carmelita iussu sacrilegi regis Friderici primi

Filia Fride-
rici fit con-
iunx magi-
stro Prussie
heretico et
apostate.

F. Paulus
Helie pene
lapidatus.

per dominum Tuchonem Crabbe, ut suam de Lutheranismo publice predicans sententiam diceret, cui ob id promissus fuerat securus commeatus, ne ullo modo lederetur uerbis aut factis ab impiissimis impurissimisque dicti regis mili-|tibus, qui una cum 81
rege erant sacrilege Lutheranorum secte addictissimi, cumque multis Holsatis, magistro equitum Magno Gøije, omnium Lutheranorum in Datia antesignano. Cumque idem Paulus mediocri libertate suam de Lutheranismo sententiam dixisset, ingenue con- 10
fessus neutram partem esse sobriam, adeoque alteram non sine altera corrigendam, ab arce descendens, tantis fuit affectus contumeliis, conuitiis et calumniis, a turba frementium ac insultantium militum, 15
ut a cede ipsius uix sit temperatum. Subornarant enim histrionem Magni Gøije, Iacobum nar appellatum, qui uibrato ense illum illiusque socium usque ad castrum portam est insecutus, ac uere alterum illorum lesisset, nisi illius cursus a sequentibus sacerdotibus et clericis fuisset remoratus. Nec cessatum 20
fuit a clamore et exprobratione, donec omnino ab oculis insanorum militum esset subductus. Aliqui uociferantes insanis uocibus clamabant illum ad maledicendum Christo deique uerbo muneribus esse corruptum, quidam lupum et animicidam ap- 25
pellabant, alij monachum et hypocritam, nonnulli uero lupum et impostorem. Talis erat fides principum huius seculi, talis etiam honos clericis habitus. Hoc eodem die, anno dominij mdxxii, cum idem |
Frater Paulus Helie concionaretur in dicta arce coram rege Christierno famosissimo tyranno, de Herodis ac adultere Herodiadis crudelitate, adeo offen- 82

sus fuit idem tyrannus ob dicendi libertatem, ut proxima sexta feria donationem Hospitalis sancti Ieorgii, atque eius ditionis possessionem (quam perpetuo possidendam dederat collegio carmelitarum, cui tunc prefuit idem Paulus) reuocaret. Sic non tanguntur montes, nisi statim fumigauerint.

Anno domini .1527. mense Augusto, habitus est solennis dominorum ac magistratum regni conuentus ciuitate Ottonia insule Pheonie, ubi aderat etiam Fridericus sacrilegus rex, una cum suis Hol-
satis, penes quos tunc erat rerum summa. In hoc conuentu minis extortum est ius episcoporum, non tam principis quam prophanorum procerum malicia, quod habebant ex iure ecclesiastico, ex legibus
15 Cesareis, ex lege Danica, ex longa consuetudine, atque etiam ex priuilegio omnium principum Christianorum, in criminosos, nimirum adulteros, incestos, atque eos qui aliquosque in ius diuinum quicquam designassent, quos comprehensos et de crimine conuictos punire solebant, nunc pecuniaria multa, quandoque carcere et inedia, nonnunquam flagris
20 et compede. Hoc quaecunque ius, quod tamen multum ponderis conciliabat pontificum authoritati, transiit ad singulos regni proceres, ut quisque cum sibi
25 subiectis rusticis aut aliis quibuscunque subditis hoc iuris habeat, perpetuoque possideat, hac lege, ut cetera episcoporum iura omnia ipsis remaneant illibata. Qua in re, nec est seruata publica principis ceterorumque nobilium fides, nec ulla diplomata,
30 quantiscunque sigillis obfirmata, quoniam ab hoc conuentu minus est seruata publica fides et sigillata diplomata ecclesiasticis uiris, quam unquam regis

Abrogatum
ius episcoporum .1527.

Apostate
defenduntur,
fideles oppri-
muntur.

Christiarni temporibus. Ex hoc conuentu emana-
runt etiam mira impudentia ac temeritate littere que-
dam decretales, episcopis et inuitis et irrequisitis,
quibus omnes et singuli sacerdotes ac monachi re-
cipiebantur sub publica regis tutela, qui euangelice
libertatis pretextu uolebant uel clericatum abdicare,
uel etiam uxorem ducere. Vnde sequuta est magna
uite licentia, turpisque multorum scelerum seruitus,
cepitque ab illo die publice et palam conculcari pie-
tas, negligi religio, rideri pudicitia, prophanari uite
sanctimonia. Talis erat fides sacrilegorum principum
illius seculi, contra iusiurandum, contra publicam
fidem, ac contra signatos inaugurationum libellos
et diplomata. |

Lector
Petrus
Laurentij
fit apostata.

Eodem anno defecit ab orthodoxorum ecclesia et
ordine carmelitarum quidam frater Petrus Laurentij
Nestuediensi lecto, factusque est impudentissi-
mus Lutheranice professionis sectator, ut erat inge-
nii peruersi ac peruicacis, qui aliquamdiu manens in
monasterio Assensi eiusdem ordinis, dispersis fra-
tribus, dissipatis atque compilatis monasterij rebus,
ac monasterio arbitrio ciuium Lutheranorum tradi-
to, tandem ad Malmogiam, sacrilegorum apostata-
rum speluncam, atque omnium hereticorum asylum,
se transtulit, ibidem futurus priapista, quia noluit
esse papista.

Defectio
ciuitatis Mal-
mogensis
ab ecclesia.

Anno ab orbe redempto .1528. defecit ab ecclesie
unitate tota pene Malmogia, sub predicatore quodam
Nicolao uasculario, olim sacerdote, tunc uero apo-
stata perfidissimo. Hic, mira regnandi libidine, in
illius ciuitatis populo negotiabatur, quod esset rerum
alioqui nouarum cupidissimus. Erat autem uascula-

rius iste homo plane indoctus bonarumque disciplinarum plane rudis, nullius etiam iudicij, sed uulgaris lingua mire facundus et disertus, ac plusquam
5 contigit socius et coadiutor, alius quidam apostata de ordine sanctispiritus, Ioannes sitularius uulgo
85 dictus, Nicolao parum | doctior, sed tamen auctoritate minor. Vterque Malmogensis erat. Nec Christi uerbum (non est propheta sine honore nisi in patria
10 sua) de illis impletum est, quia in sua patria habitant sunt uiri magni pretij, quamuis obscuris parentibus essent nati. Hii docebant populum, diuos omnes blasphemare, omnia sacra Christiane religionis conculcare, sacramenta irridere, opera bona damnare, prophanare
15 templa deo dicata, demoliri sacras aras, flammis ultricibus dare diuorum statuas, ridere ieiunia, solennes ac publicas preces, et quicquid hactenus seruatum est a fidelibus pro uirtutum custodia, uel ad cohibendam carnis lasciuiam, aut ad promouenda pietatis studia, contemnere etiam publicam
20 et multis seculis approbatam ecclesiasticorum auctoritatem, eiicere monachos, spoliare templa, ui occupare monasteria. Dicebant autem mira impudentia, a temporibus apostolorum non esse uerum et germanum in orbe predicatum euangelium, nec ullos
25 tantisper fuisse ueros syncerosque Christianos nisi eos tantum, quos ecclesia semper pro hereticis habuit. Vnde et impudentissima impudentia ac stolidissima stoliditate dicebant, omnes pontifices Romanos, fidei nostre doctores, esse et semper fuisse
30 ipsissimos antichristos, nec alium antichristum expectandum. Vniuersos uero tocius orbis episcopos,
86

prelatos, monachos, sacerdotes et clericos Rhomano
 pontifici parentes, esse papistas atque Rhomane ty-
 rannidis satellites. Proinde quicquid hactenus habi-
 tum sit sacrosanctum, ac ueluti ab apostolis et apo-
 stolorum auditoribus nobis traditum religiose ser- 5
 uandum, ut est sacer ritus celebrandi missam, uoto-
 rum obseruatio, ciborum abstinentia, defunctorum
 commemoratio, sacramentorum administratio, bene
 operandi studium, aliaque multa, que ad uirtutum
 scholam pertinent, aiebant esse papistica atque Rho- 10
 mane auaritie figmenta, nec quicquam uolebant esse
 ad salutem consequendam necessarium, preter unam
 solam fidem, opera magis esse oneri quam honori,
 quod sint inanis glorie atque hypocrisis ineuitabilis
 materia. Adeo cecutiebant miseri homines, ut prop- 15
 ter quarundam rerum abusum, ac quosdam impios
 pontifices, mallent confundi ac subuerti omnia Chri-
 stianismi sacramenta, ac pietatis rudimenta aboleri,
 quam quorundam impuritatem ad calculum et cor-
 rectionem uocari. Habebant autem omnes eiusdem 20
 factionis sectatores uirulentissimas atque maledicen-
 tissimas linguas, quando absterso omni pudore ni-
 hil frontis erat in illis. Quandoquidem uiros sanc-
 tissimos, | martyres et confessores (quorum memoria 87
 fuit semper sacrosancta) non uerebantur appellare 25
 lupos, impostores, seductores, fures, animicidas et
 latrones. Et cum hec agerentur, erant ciuitatis Mal-
 mogensis consules Vestphalus quidam Ieorgius Co-
 cus, faber monetarius, homo preter usuram, pecula-
 tum et imposturam, etiam multis adulteriis infamis, 30
 et quidam Iacobus Nicolai, ut natu maior, ita im-
 pietate ac impudentia altero non inferior. Hii duo

uiri, sacrilegiis et perfidia insignes, fecerunt Malmogiam esse latronum speluncam, omniumque desperatorum et apotastarum asyllum. Porro cum uidissent, prefatos contionatores ob erudicionis inopiam
5 non satis posse nouatam tueri religionem, si quandoque ueniret in concertacionem, uocatis ad se duobus apostatis de ordine Carmelitarum postea ad omnem impietatem abusi sunt. Primus erat nacione Battauus, lector Franciscus nomine, alter Sialandus
10 ex Nestuedia oriundus, lector Petrus Laurentij, Francisco non solum tunc impudentior, sed etiam natu grandior. Hic Petrus factus est ciuitatis Cancellarius. Editis enim aliquot libellis, conatus est hereticorum more, innouate apud Malmogenses religionis rationem reddere, qua in re se torsit uehementer, |
88 tamen labore, quando impietas contra pietatem nichil efficaciter statuere potest. Iste Petrus, uxore ducta, perseuerauit in sua perfidia, impudentior seipso factus. Proinde Battauus ille Franciscus multo tempore
20 sue perfidie uirus dissimulauit, in abusus ac malos mores uehemens declamator, interea nihil errorum admiscens pertinaciter et contentiose, alioqui de multis thematibus libere disputans. Verum hac cunctatione factus est omnium nocentissimus. Principio
25 enim uidebatur mitigaturus correcturusque ea, que primorum <contionatorum> uel impudentia uel imprudentia irreperant in ecclesiam Malmogensem, idque ad normam ecclesiasticorum dogmatum. Hoc autem faciebat, ne uideretur edificare super fundamento ab aliis iacto, alioqui erat opinione, sententia, studio, et affectu aliis omnibus deterior, sceleratior, impudentior, qui postea quam multis spem

perpetui celibatus fecisset, captus insano amore, duxit et ipse puellam quandam uxorem, inuitis eiusdem puelle curatoribus, omnibusque amicis reclamantibus, qui ut incredibilem libidinis sue furorem coniugij titulo fucaret, bis librum edidit de sacerdotum, monachorum ac monialium coniugio, uernacula lingua, uerum calumniis et mendaciis adeo plenum, ut sit <ipso> mendatio mendatior, et ipsa calumnia calumniosior. Nam coniunx factus, adeo mutauit ingenium, frontemque perfricuit, ut omnium Lutheranorum impudentissimus factus, multa et scripsit et docuit impudentissime, nullo iudicio, nullo item consilio, sed sola ambitione cecus, erat enim quoddam glorie mancipium.

Lago Wrnæ
episcopus
moritur.

Anno domini .1529. xxix aprilis oppetiit mortem uir nobilis ac perpetua memoria dignus, D. Lago Wrnæ episcopus Roschildensis. Cepit namque, uigente adhuc etate, anno etatis sue, ut creditur, sexagesimotercio, squinantia siue angina laborare, qua suffocatus, quinta die mortuus est. Solet morbus ille, quando fatalis est, quinta die a correptione mortem inferre, et ultra illum diem uix sinit quenquam uiuere, cum plerumque etiam primo, secundo et tercio die interemisse compertum est. Porro cum ipsa natura, omnium rerum parens, aut potius nature deus preclaro huic uiro eximias quasdam dotes contulisset, adeo ut erudicione, doctrina, facundia ac uaria morum grauitate uniuersos regni episcopos precederet, quibus rebus cum prudentissime <authoritatem> suam uindicasset a contemptu, appareretque paulo seuerior, non defuerunt tamen pontificie dignitatis osores, qui hec adsciberent fastui ac tyranni-

di, idque dum adhuc uiueret. Quandoquidem post
fata ab omnibus desyderatus est, etiam iis, qui ad-
huc uiuenti subinuidebant. Hec est enim eximia-
90 rum rerum condicio, ut tunc | primum desiderantur,
5 cum absunt. In suos nihilominus cognatos et affi-
nes erat propensior, quos magno affectu, sed nullo
iudicio diligebat, non sine magna pauperum Christi
iniuria, quos constat ueros esse bonorum ecclesia-
sticorum heredes. Tumebat enim nobilitatis titulo
10 et maiorum imaginibus, quod quidem uicium cum
multis sit commune, nobilibus tamen est proprium
ac familiare, cum auaricia coniunctum. Sed quoni-
am ille lapsus humanus est, pie credimus ab illo con-
donatum, cuius proprium est misereri et parcere, una
15 cum aliis, que per humanam fragilitatem admisit.
Ab huius reuerendi patris obitu cepta est mox ruina
ecclesie Roschildensis.

Huic Lagoni successit uir nobilis Ioachimus Røn-
now, multis malis et uehementer iniquis condicio-
20 nibus, non tam suo, quam sacrilegi principis Fride-
rici regis uitio, qui tum abrogato per tyrannidem
electionis iure, ui ac potestate omnium ecclesiarum
iura occupauerat, adeo ut nulli contingeret ulla dig-
nitas, nisi interueniente grandi pecunia, contempta
25 religione, et abiurata obedientia perpetuo debita ac
prestita Rhomanis pontificibus, doctoribus et magi-
stris fidei tocius occidentis. Nec sublata fuit tyran-
nis, qua Rhomanus pontifex sibi omnes tocius orbis
ecclesias subiecerat, sed uerius commutata. Quando-
30 quidem confirmatio olim mille aureis a pontifice
redempta, nunc a principe prophano et sacrilego
sex milibus commercabatur. Et qui pontificis aua-

Ioachimus
Rønnow.

riciam | execrabantur etiam usque ad schismatis per- 91
fidiam, decuplo auariorum facti, sibi pulchre place-
bant, iis non paruam gratiam habentes, qui hereseos
ac schismatis occasionem euangelice libertatis pre-
textu inuexissent. Que res, cum tanto principum 5
lucro coniuncta, magnam fenestram aperuit Luthe-
ranismo in hoc regno propagando.

Ioannes
Taussøn
apostata fit
seductor
Haffnensium.

Eodem anno eisdemque diebus, cum Fridericus
sacrilegus rex se totum Lutheranismum addidisset,
pariterque decreuisset uniuersum hoc regnum labe- 10
factare, transtulit ex Wiberga ciuitate Iutie in Haff-
niam quendam Ioannem Taussøn, apostatam ex
ordine Hierosolymitanorum, ac omnium Lutherana-
norum in Dacia antesignanum, ut pestifera sua pre-
dicatione Haffniam seduceret, quemadmodum Vi- 15
bergam aliasque Iutię urbes antea seduxerat, quas,
exterminata omni religione, miseranda abhominati-
one prophanauerat. Quo cum peruenisset, adeo
creuit malicia, ut ea ciuitas, que pietatis ac religio-
nis prius fuerat amantissima tenacissimaque, facta 20
sit omnis impietatis ac abhominacionis spelunca
sceleratissima. Seductus namque barbarus et ignauus
populus incredibili furore et insania, tantum seue-
bat contra templorum religionem, ut non solum
euerterit diuorum statuas, uerumetiam sacrosanctam 25
eucharistiam horrendis conuitiis affecerit, atque de-
mum patrauerit, quicquid impietatis audiuerat pa-
tratum, uel a | perfidis Malmogensibus, aut etiam 92
insanis Wibergensibus. Nec patiebantur scelerati
ciues, ullas Lutheranorum urbes aliqua abhominati- 30
one et impietate esse se superiores.

Anno domini .1530. in festo Visitacionis beate

Marie uirginis celebrata sunt Haffnie solennia comitia, ad que uocati fuerant cum orthodoxis episcopis et presbyteris etiam concionatores Lutherani, hoc animo ut sub iudice uulgo res uniuersa transigeretur, de qua tunc erat controuersum inter orthodoxos et Lutheranos hereticos. Lutherani uero destituti solidis ac synceris scripturis, rationibusque efficacibus, grauius tamen imminebant orthodoxis, freti tyrannide ac fauore principis, cuius presidii et protectione tuti erant et exempti ab omni iure, preualuissentque indubie heretici aduersus uniuersum clericorum ordinem, ni orthodoxi prudenti consilio diu fuissent tergiuersati, non esse eos idoneos iudices, quos Lutherani delegissent, atque tandem prouocassent ad generalis Concilij sententiam. Interea tamen fucum uulgo faciebant heretici, se uictores esse, seque iactantes orthodoxos ad liberam disputationem toties prouocasse, quod etiam reuera faciebant, uerum lege intolerabili, quia disputationem Danicam | sub iudice uulgo insanissimis urgebant clamoribus, scientes hac ratione uictoriam esse certissimam, que maximopere pendebat ex populi clamore, atque sacrilegi principis et quorundam procerum fauore, non minus insano quam uiolento. Cleri namque odio execati, ac bonorum ecclesiasticorum cupiditate ardentes, neque ratione neque consilio aut prudentia regebantur, sed affectibus peruersi, ac armis potentes et ualidi, una uiolentia totum ecclesiasticum ordinem simul uastare et perdere conabantur, ni externi hostis metus obstitisset, nempe regis Christierni, qui tum erat toti regno formidabilis, sed precipue satrapis ac proceribus. In eisdem

Orthodoxi ad disputationem a Lutheranis prouocati sed noua lege .1530.

comitiis, sacrilego principe non solum conuiente, uerumetiam instigante, ac adhortantibus quibusdam insanis proceribus sceleratisque ciuibus, tanta lingue petulantia debaccati sunt in episcopos ac regni prelatos contionatores Lutherani, ut omne conuitorum genus contra eos euomuerint. Nec tantum eos perstringebant, sub luporum aut mercenariorum nomine in gratiam insanientis uulgi, sed perpetuo furore clamabant illos fures, latrones, seductores, proditores ac animicidas. Huius tante insanie rabiem nunquam impune tulissent princeps ac regni proceres, si in illis fuisset ulla mica pudoris, uerum odio, auaricia ac impudentia pleni nihil non et ferebant et faciebant.

Execrabilis
prophanatio
templi diue
uirginis ciui-
tatis Haff-
nensis.

Anno dominj .1531. tercio die natiuitatis domini, qui diuo Ioanni euangeliste sacer est, Lutherani quidam Haffnenses, incredibili furore seuientes ac insanientes, inuaserunt templum diue uirginis, quod illius urbis est summum ac maximum, illudque sacrilegis manibus prophanantes, primum diuorum statuas omnes deiecerunt, ac securibus confringentes, sputis, colaphis ac blasphemis uocibus irriserunt, deinde cleri locum ingredientes, subsellia ac uniuersa subselliorum tabulata prorsus destruxerunt. Summum tamen altare mansit incolume, illud protegente non sine capitis periculo urbis prefecto, cetera omnia sunt prophanata, etiam usque ad librorum dilacerationem. Que uero probra et conuitia in Christi sacerdotes, atque in omnia nostre religionis sacra sunt congesta, narrare non libet, quod sint omni fide maiora. Huius autem sacrilegij precipui authores dicebantur esse, Ambrosius quidam, tunc

ciuitatis primarius consul (quo magistratu paulopost ob prodicionis crimen est spoliatus) Conradus cognomento Kiøkinfiitt, Andreas faber argentarius, Wilhelmus Ronge, Ioannes Niger, Erasmus |pistor, Theodogarius nauclerus, Hermannus Røling, Iacobus figulus, Petrus argentarius. Hij namque cum essent sine mente, sine ratione, ac sine prudentia, homines plane deplorati, ac multis etiam sceleribus infames, quidam prorsus oberati, in deum impij, atque in omnia sacra et diuina blasphemi, quod singulari quadam consuetudine adhererent seditionis auctori Ioanni Tausssøn, monstro omnium immanissimo, cuius etiam lingua nihil unquam fingi potest impudentius, clanculariis conspirationibus coegerunt ex fece plebis magnam turbam, ut non esset certus tanti sacrilegii auctor, cui tantum flagitium posset imputari. Hec itaque turba flagitiosorum hominum uix sub noctem cessabat a sacrilega prophanatione, ac procul dubio diei noctem coniunxisset, nisi tandem superuenisset sceleris artifex, Ioannes Tausssøn (qui totum diem latuerat) cuius iussu egre cessatum est, Vnde euidentibus compertum est argumentis, facilius esse insanos homines irritare, quam irritatos cohibere. Hec abhominatio facta est, Petro Kempone Lutherano proconsule, qui cum nec esset genere clarus, nec uirtute insignis, nec prudentia conspicuus, ne non aliquid esset, hoc famoso scelere, aliisque sacrilegiis multis contendebat nobilitari.

Ab hoc sacrilegio notatus est Ioannes Tausssøn magna factorum suorum inconstantia, ut est | inconstans hereticorum hominum genus, siquidem proximo sermone adeo laudibus extulit hoc nephandum

sacrilegium, ut diceret esse perpetuis dignum premiis, ac facinus, quod precipue deceret euangelicos uiros. At ubi bonam magistratus partem hoc sacrilegio uehementer offensam comperisset, diraque minari, quibusdam etiam sacrilegis manus iniicere, magistratui gratificaturus conuerso iam sermone clamabat, immane scelus esse patratum, nec uulgaribus suppliciis, sed patibulo et rota expiandum, ob quam inconstanciam multi descuiissent ab eo, nisi impiissimum iusiurandum ob[s]titisset, quo sic Sattane persuasione multi erant obstricti, ut nunquam phas esset factionis leges deserere. Postea uero quam sic prophanatum est templum, mox clausum est, adeoque cessarunt omnia sacra, ut nec pateret Lutheranis nec orthodoxis, mansitque clausum integro pene anno, scilicet usque ad diem Anni domini .1531. Tunc enim egre apertum est iussu et consensu quorundam procerum regni, qui eisdem diebus agebant Haffnię, pro apertione tamen acriter instante et urgente domino electo Roschildensi, nec minus acriter reclamantibus repugnantibusque uniuersis Lutheranis, atque imprimis Ioanne Taussøn, primario urbis concionatore. | Qui nulla re uidentur magis offensi, quam quod templum tali lege sit apertum, ut neque Lutheranis neque Lutheranorum cultui pateat, sed tantum orthodoxis. Que res non parum offendit sacrilegum regem, contristauitque magistrum equitum inter hereticos hereticissimum, quorum uiolentis presidiis uigebat, quicquid usquam erat Lutheranismi in toto Danorum regno.

Iterum
restituitur
templum
orthodoxo-
rum cultui.

Causa
episcopatus
Ioachimi
Rønnow.

Sed neque alia causa, sublato electionis iure, ui ac potestate intrusus erat D. Ioachimus Rønnow, tunc pro electo Roschildensi habitus, quam ut per

illum tota Sielandia Lutheranismo adiungeretur. Nam cum uidisset princeps, irritam esse suam postulationem, qua filio suo adhuc infantulo episcopatum Roschildensem inde principatum facturo postulauerat, odio tocius cleri sibi uehementer inuisi, prefatum D. Ioachimum Rønnow, accepta ui magna auri, uiolenter intulit dicto episcopatu, quem sciebat esse animi ferocis ac impotentis, et in Lutheranam factionem ualde propensi. Verum ubi princeps sacrilegus comperisset, eundem dominum Ioachimum Rønnow, accepta episcopatus ditione, sententiam mutasse, factumque paulo synceriores, quam sperauerat ille (tametsi erat prophanior, quam uel decet episcopum aut etiam ecclesie rebus expediret) indoluit | rex, penituitque magistrum equitum, quod illi unquam credita fuerat ecclesie Roschildensis dispensatio. Verum utriusque partis successus in sequentibus patebit.

Hoc eodem anno, cum Christiernus rex famosus tyrannus semel et iterum frustra tentasset armis uindicare Danorum regnum, a quo fuerat iusto dei iudicio deturbatus, iam magna recuperandi regni spe erectus, tercio tentauit, quod antea non successerat. Instructa igitur magna classe, atque coacto grandi exercitu, soluit ex Hollandia, ac alto mari diu iactatus, multa etiam naufragia passus, tandem in Noruegiam, circa festum beati Martini, desperatorum asyllum peruenit, ubi diu fluctuabat inter spem et metum, incertus quorsum tandem diuerteret. Relictis igitur presidiis in obsidione arcis Agershwss, cum reliqua parte copiarum ui occupauit arcem quandam Karsborg nuncupatam, in ditione quadam que uulgo Wiigen dicitur, interfectis omnibus presidia ibi-

Christiernus
rex tentat
iam tercio
armis Danorum
regnum
uindicare.

dem habentibus. Deinde semel apud Ludosiam cum Suecis ac paucis Danis infelici Marte confluxit, cui cum nec gloriosa nec sperata contigisset uictoria, et illo pugnante, exusta essent illius castra per dominum Nicolaum Bilde prefectum arcis Baahwss, que habebat in opido Kongælde, et que habiturus | erat in Marstrand et Oddewald, uisum est redire cum superstitibus a bello et fame militibus in Opslo ciuitatem, ubi primum ueniens in Noruegiam appulerat, ibique aliquanto manens tempore uirium incrementa recepit adhesionem quorundam episcoporum ac nobilium regni eiusdem, qui rebus deploratis obgrassantem Lutheranismum coacti sunt uel equis uel iniquis rationibus illi adherere.

Anno domini .1532. mense Aprili, celebrata sunt Haffnię publica comitia, in quibus consultandum erat de ratione exturbandi regem Christiernum e regno Noruegie, quod hostiliter inuaserat, cuiusque magnam partem iam occupabat. Interea iustissimo simul ac misericordissimo deo pro Danis pugnantem, contigit insperata uictoria. Electus enim ad episcopatum Ottoniensem Chanutus quidam Henrici, aurea stella uulgo nuncupatus, prefectus est Danorum copiis aduersus regem Christiernum in Noruagiam missis. Qui cum esset rege Christierno uiribus ac armis superior, non ausus rem bello transigere, ut illi iussum erat cum a regia maiestate, tum etiam a regni magistratu, dolo ac fraude cogitauit dolosum ac fraudulentum regem circumuenire, quem armis uincere desperabat, | quod tamen factu erat facillimum, si tam fortem habuisset animum, quam inuictas habebat copias. Oblatis igitur regi Christi-

Christiernus
rex calamitosus fraude
et prodicione
fit calamitosior.

erno pacis ac concordie legibus, facile impositum est regi non solum calamitoso, sed etiam uiribus ac copiis militaribus destituto. Nam ex sex millibus uix erant superstites sesquimille, mari, fame, peste
5 ac gladio simul aduersus regis Christierni crudelitatem iusto dei iudicio (quia nunquam misereri didicit) conspirantibus, acriterque pugnantibus. Igitur post multas technas et uersutias, hac tandem lege, egre dolosum consilium persuasum est, ut rex Christiernus, dimissis per terras militibus in Germaniam profecturis, solus cum paucis familiaribus ac uni-
10 uersa suppellectili, conscensa naue, transmitteret in Daniam, cum rege ac regni magistratu de ratione ineunde pacis tractaturus, que si non contingeret pro ipsius uoto, iam sineretur liber abnauigare aut
15 in Hollandiam, unde soluerat, aut in aliam Germaniæ prouintiam, quam sibi commodiorem delegisset. Vbi tandem ad portum Haffnensem uentum esset, omisso pacis tractatu, de rumpendi fœderis modo
20 cum prefato electo Ottoniensi initi acriter consultatum est. Itaque ruptum est fœdus hoc pretextu, quod initum erat inuito rege, ut ferebatur, ac regni magistratu inconsulto, quorum | iussu ac permissu potestatem acceperat dictus Chanutus, non componende
25 pacis sed belligerandi cum rege Christierno. Friderici tamen regis arbitrio ruptum est magis quam magistratus consilio. Quandoquidem ipsi Friderico haudquaquam uidebatur esse tutum, cum tam perfido principe de fœdere pacisci. Igitur Christierno
30 rege seducto, qui alios uenerat seducturus, uiolatis item litteris (non sine perfidiæ suspitione apud exteris nationes) quibus sibi persuaserat, tutissimum

fore initum fēdus, missus est tandem in arcem Syn-
 derborg insule Alss, carceri mancipandus, ibidem-
 que asseruandus ueluti in loco tutissimo, donec de
 illo seruando aut perdendo plenius consuleretur.
 Thesaurus uero, quem secum attulerat rex Christi- 5
 ernus, curribus quinquaginta et amplius impositus,
 mox ad arcem quandam Slesuici ducatus dictam
 Gotterop translatus est, ubi tum erat noua regia,
 sed maxima Danici regni iactura, ingenti uero lucro
 Holsatici Ducatus, cui hac ratione uniuersum Danię 10
 regnum olim liberrimum uidetur multo tempore
 fuisse tributarium. Nec caret mysterio diuinę prou-
 dentię sic iusta iudicia dispensantis, quod perfidus
 rex proditus sit a perfido ac personato episcopo,
 operculum sane tali patel-|la dignum. Nam qui nulli 102
 unquam fidem seruauit, hoc iuste meruit apud deum,
 ut nec illi seruaretur fides, sed ab eo, qui etiam nu-
 per apostata factus recessit a deo. Prefatus namque
 Chanutus, non amplius aurea, sed plumbea stella
 appellandus, cum malis artibus obtinisset episco- 20
 patum (supplantato per dolum ac uersutiam suo an-
 tecessore D. Ioanne Andree uiro constantissimo)
 nimirum non a deo electus, sed a sacrilego rege
 grandi pecunia corrupto uiolenter intrusus, statim
 defecit ab obedientia uniuersalis ecclesie, factus Lu- 25
 theranice hereseos nephandissimus sectator, omni-
 umque sacrorum Christiane religionis sacrilegus uio-
 lator. Qui denique tribus horrendis prodicionibus
 euasit infamis, primum proditor dei factus, cuius
 omnia sacra (que susceperat tutanda ac conseruan- 30
 da) per apostasiam Lutheranis hereticis tradidit pro-
 phananda, deinde orthodoxi episcopi antecessoris

Chanutus
 Lutheranus
 episcopus
 Ottoniensis
 fit proditor
 tribus hor-
 rendis pro-
 dicionibus.

sui proditor, cui nec seruauit sacrosanctum iusiurandum, nec facte resignationis signatas litteras, ac demum regis Christierni proditor, cui etiam iurisiurandi pollicitatione, ac signatis litteris, liberam ab nauigationem promiserat, si de ineundo fēdere desperatum fuisset. Hosti enim quamuis immani fides etiam ab ethnicis solet seruari, nedum a Christianis.

103 Cui proculdubio | seruata fides fuisset, si dictus Chanutus strenue et constanter suum iusiurandum signatasque litteras tutatus fuisset. Christierno enim rege nauem ascendente, idem Chanutus quibusdam e circumstantibus dixisse fertur: Iam proditus est ille, qui uniuersum orbem prodere satagebat, quam quidem uocem imprudenter uerius quam scienter effutiuit animus diu meditate prodicionis sibi conscius. Iccirco iusto dei iudicio, prodendus princeps proditor ab episcopo proditore proditus est, ut intelligant mortales omnes, qua ratione diuina prouidentia abuti solet quorundam hominum malicia ad ostensionem glorie sue, qua etiam in presenti seculo ulcisci potest sacrilegam tyrannidem ac infamem crudelitatem. Quod si Christiernus rex paterne pietatis, synceritatis ac fidelitatis strenuus emulador fuisset, non iam esset tanto suo pudore, tantaque omnium Danorum iactura, tam turpiter e regno deturbatus. Nunc habent <in>illo principes potentesque omnes exemplum, a quo caueant, admoniti nimirum a deo sacrilege ac famosissime tyrannidis potentissimo uindice, ut abstineant ab heresi, perfidia et crudelitate, olim alioqui confusionis, tribulationis, ac calamitatis consortes, cuius fuerant in participatione scelerum stulti imitatores. Nec alia res regem Chri-

stiernum in omnem scelerum lernam magis precipi-
 taut, quam Lutheranismi perfidia, omnium malo- 104
 rum incentrix ac instigatrix, quam semel abiuratam
 in manu Caroli Cęsaris, iterum amplexus est, scele-
 ratissimorum hominum consilio inductus, precipue 5
 cuiusdam Pauli Kemponis, qui illi factus Cancellarius,
 contra omnia Christiane religionis sacra euasit
 ipso Luthero blasp[h]emior ac maledicentior. Hanc
 nihilominus perfidiam, heresimque omnium pesti-
 lentissimam, adhuc quidam insani principes, odio et 10
 auaricia execati, summam putant esse pietatem, qui
 etiam sensu communi carentes, ad omnem sacram
 scripturam surdi, nec etiam ad penitentiam com-
 mouentur his horrendis exemplis, quibus diuina
 clementia, ad nostram omnium edificationem, iam 15
 multis annis seuerat in regem Christiernum, omni-
 um tyrannorum facile principem, magis posthac se-
 uitura, nisi tandem respiscat.

Obitus D.
 Chuniberti
 prepositi
 Roschilden-
 sis .1531.

Anno precedenti scilicet .1531. die beati Martini
 episcopi, mortuus est, longa egritudine fatigatus, 20
 venerabilis prepositus Roschildensis, D. Chuniber-
 tus Iacobi, quondam D. Christine regine Cancel-
 larius. Hic tametsi uiuens a paucis sit dilectus, eo
 quod ad rem erat attentior, adeoque illiberalis, post
 mortem nihilominus a multis est desideratus, atque 25
 ab iis precipue, qui successiones uidebant semper
 fieri deteriores, eas potissimum, quibus plebeis
 successerunt

 eiusdem seculi episcopis habebat commune. Vnde 105
 factum est, ut zelus in eo non sit desideratus, sed

tantum scientia, cuius neglectu diu labefactata fuit illis temporibus Christiane religionis uera pietas.

Anno domini .1532. obiit mortem, diuturno morbo uexatus, Venerabilis magister Laurentius Olau, ⁵ Canonicus Roschildensis, duorumque episcoporum Cancellarius, nimirum D. Lagonis Wrne ac D. Ioa-
chimi Rønnow, qui utinam ita caruisset ceteris au-
licorum uitiiis, ut erat egregius pecuniarum contemp-
tor, fuisset profecto longa uita dignissimus, maxi-
¹⁰ me si ut affectu ita iudicio contempsisset. Ob hanc
enim causam non solum obiit pauper, uerum etiam
oberatus, multorum admiratione, atque illorum pre-
cipue, qui ex eadem functione diuites euaserant,
maxime autem quia fuerat Reuerendi domini Lago-
¹⁵ nis officialis, que functio non paucos antea ditauerat.
Hic erga omnes erat liberalissimus, isti nec in pau-
peres erant benigni. Ille putabat beatius esse dare
quam accipere, isti uero utilius iudicabant accipere
quam dare. Itaque si tam habuisset delectum, quam
²⁰ habebat affectum, fuisset amplissima ditione dignus.
Cuius anime misereatur is, qui ut est misericordis-
simus, ita misericordiam ab omnibus exigit, deus
optimus maximus. |

¹⁰⁶ Anno ab orbe redempto .1533. mortuus est in
²⁵ hebdomada sancta Fridericus primus Danorum rex,
cum regnasset annis decem. Nam anno .1523. in fuga
Christierni regis famosi tyranni ex Duce Holsatie
est rex electus. Iste Fridericus ex clarissimo duce
factus est rex obscurissimus, cum tamen esset cla-
³⁰ rissimis parentibus ortus, nimirum Christierno rege
eius nominis primo Christianissimo patre, matre

Obitus
magistri
Laurentij
Olau can-
cellarij. 1532.

Obitus
Friderici
primi Dano-
rum regis
.1533.

uero Dorothea principe clarissima ac religiosissima; omnem enim administrati Ducatus laudem ac gloriam infelix ac sacrilegum regnum obscurauit. Qui cum in arduis rebus gerendis esset ingenio simplici ac propemodum ignauo et stupido, ad corradendam nihilominus undique pecuniam erat callidissimus. Sciebat enim, Christiernum regem, communem regni hostem, omnibus esse formidabilem, atque precipue satrapis et nobilibus, quos omnes uno supplicio perdidisset, si regno fuisset restitutus. Quoties igitur Friderico quicquam postulanti, aut negatum aut non mox a magistratu regni concessum est, continuo simulata graui offensa, ac arte quadam furore mentito, ingerebat illis ineundi fœderis suspicionem, componendeque litis significationem cum rege Christierno, quo artificio nihil non impetrabat quantumuis iniquum. Collegerat enim quosdam e regni proceribus mira calliditate, quorum familiarem consuetudinem aut muneribus aut conuiujs aut charitis et alea redemerat. Horum ingenijs ad persuadendum alijs, quicquid animo concepisset, uersutissime abutebatur. Illi uero in gratiam fucati principis terribant ceteros, donec ad tyrannidis consensum non iam inducerent, sed omnino cogerent. Inde factum est, ut apud hunc Fridericum minor esset libertas uel expostulandi uel tergiuersandi, quam olim fuerat sub principatu regis Christierni famosi tyranni. Nec sustinebat se obtestari per sacrosanctum iusiurandum aut signatas regie obligationis litteras, quibus de seruanda fide erat regno regnique consulibus solenni fœdere obstrictus. Ab alijs flagitabat fidem firmam et indubiam, iniquis etiam legibus extortam,

quibus tamen nulla fides est seruata. Neque hoc ingenium fuerat illi perpetuum, sed primo natum cum noua Lutheranismi professione, que perfidie mater est, cum erga deum tum erga homines. Huius Frederici temporibus, odio Rhomani pontificis, abrogatum est omne ius ecclesiasticum, adeo ut manifeste rideretur episcoporum authoritas, potestasque ecclesie plane contemneretur. Vnde in hoc regno
108 magna uite licentia | uidetur consecuta, sublata nimirum legum reruerentia, que homines inhumaniter uiuentes in officio continere solet. Sub huius principatu spoliata sunt templa campanis, imaginibus, preciosis uasis, sacratis sacrosancte eucharistię pixidibus, sacris uestibus, omnique cultu Christiane
15 religionis, adhec decimis et oblationibus, nec spoliata tantum, sed etiam quedam monasteria et templa, diuinis usibus dicata, prorsus demolita sunt, adeoque prophanata omnia religionis nostre sacra, contra sancrosanctum iusiurandum, ac solennem
20 fidem regni satrapis publice promissam, ut plerisque in locis uix reperiatur ullum Christiane pietatis uestigium. Nec ulli erant magis tuti ac securi regia protectione in hoc regno, quam tante impietatis aucthores et executores, quoniam apud hunc sacrilegum
25 regem nullus erat uel iusticie uel innocentie respectus, apud quem pietas erat supersticio, pudicitia hypocrisis, religio stulticia, abstinentia insania. Habebat autem regiam suam in arce Gotterop Ducatus Slesuicensis (nunc uolenta occupatione Holsatie subiecti, cum sit reuera uetustissimum Danie feudum)
30 ingenti Danici regni iactura, maximo uero Holsatici Ducatus emolumento, cui hac ratione uniuers-

sum Danię regnum, | olim liberrimum, uidetur lon- 109
 go tempore fuisse tributarium. Quicquid enim tri-
 butorum, censuum et uectigalium, quocunque pre-
 textu extortum, in Ducatum Slesuicensem semper
 est transmissum. Promiserat enim tempore corona- 5
 tionis sue, se habiturum regiam suam in meditullio
 regni, sed ut neque cetera, ita ne hoc quidem ser-
 uatum est. Infelix semper Dania suis opibus emp-
 tam, auctam et locupletatam Holsatiam adhuc sus-
 tinet inimicam, insidiatricem ac deuoratricem. Quic- 10
 quid etiam cum capto rege Christierno, compilatis
 eiusdem scriniis, corrasum est, ad eandem arcem
 Gotterop est deportatum. Habebant autem illius
 scrinia uetustos quosdam regni thesauros uarios ac
 preciosos, adhec diplomata et libellos priuilegiorum 15
 et immunitatum regni, multis thesauris meliores,
 quibus nunc gaudet et gloriatur Holsatia. Hac igitur
 ratione Danorum regnum adeo bonis omnibus
 uacuefactum est, huius sacrilegi principis astutia,
 uiolentia, uersutia et calliditate, ut relictum sit in 20
 illius obitu pauperrimum, uastatum et depopulatum
 uerius, quam regia gubernatione administratum.
 Quod si ita sanguinem sitisset ut opes et thesauros,
 regnum Christierni secundi non solum equasset, sed
 pene superasset. Cumque regnasset annis (ut dictum 25
 est) decem, transegissetque totum huius uite fluxe
 et momentanee stadium in | uoluptatibus, lusibus ac 110
 deliciis, que sibi soli usurpabat, tanquam se digna,
 iusticie et equitatis cura in alios delegata, ueluti se
 indigna, quibus ob lusum intendere haudquaquam 30
 uacabat, irriso primum sacerdote, penitencie mini-
 stro, ceterisque ecclesie sacramentis studio contemp-

tis, formidabili rugitu uociferans, trepidantibus pre horrore circumstantibus, mortuus est, mense aprili anno etc. .1533. paucis dolentibus.

Anno dominj .1533. in feriis beatissime trinitatis, cum in Dania esset interregnum, mortuo scilicet rege Friderico, celebrata sunt publica comitia in ciuitate Haffnensi, in quibus ab uniuerso regni magistratu erat consultandum de electione noui regis. Que quidem consultacio in hoc dilata est, ut tempore interregni priuatis magis quam publicis commodis seruiretur ac consuleretur. Erat enim rerum summa penes regni consules, sed inter sese adeo studiis et affectibus discordes dissidentesque, ut pene nulla de re inter illos conueniret, nedum de eligendo rege. Porro cum non alia re magis dissiderent, quam Lutherani schismatis perfidia, uariantibus utrinque sentenciis, Intelligentes quidam cordatiores ex proceribus tam sacris quam prophanis, futuram in regno occasione Lutheranismi grauissimam calamitatem, cui uolentes | oportuno remedio occurrere, ceperunt nonnichil tractare de ratione corrigendi ac in ordinem redigendi sacrilegos contionatores populum regni a uera pietate ac simplicitate subuertentes, obedientiam ac prelationem contemnentis, de sartiendis patratris in diuersis locis sacrilegiis, de restituendis prophanatis sacris locis, ac de releuandis potenter oppressis sacerdotibus ac monachis. D. Magnus Gøije primarius eques, ne huic tractatui cogeretur consentire, clam se subduxit, assumpto secum gnatone suo D. Erico Erics, cuius clanculariis persuasionibus, cum esset pertinacissimus Lutheranice factionis adiutor ac defen-

Comitia
Haffnie
celebrata
post mortem
Friderici.

III

sor, factus est induratioꝝ ac intractabilioꝝ. Acta est
 autem res miro artificio, sed maxima insynceritate,
 quoniam Magnus ille Gøije absens erat presentissi-
 mus. Adeo preualuit Satanas in hoc Danię regno,
 ut in rebus fidei ac religionis dissentirent non solum 5
 laici quidam ab episcopis et sacerdotibus, sed etiam
 pseudepiscopi (quales tum multi erant) a ueris epi-
 scopis, quibus adeo inuisa erant nostre hoc est Chri-
 stiane religionis sacra, ut usque ad ipsa mysteria
 plane contemnerentur. Episcoporum titulos, hono- 10
 res, pompas, salutaciones, priuilegia, immunitates,
 possessiones, predia, fundos miro studio ambiebant |
 multoque strepitu uindicabant, ab episcoporum of- 112
 ficiis prorsus alieni, qua re factum est iusto dei
 iudicio (quod nemo commoueretur ad conuersio- 15
 nem sanioꝝ uite), ut aduersus impiissimam Luth-
 eranorum sectam nihil poterat serio definiri, quod
 unico tantum exemplo compertum est. Victus enim
 regni magistratus improbis quorundam pioꝝ ef-
 flagitacionibus unum tantum diem dederunt cause 20
 Lutheranoꝝ, quo antesignanus ipsoꝝ Lutheranoꝝ
 Ioannes Taussøn uocatus est, accusatus, au-
 ditus, conuictus, ac tandem, remissa sententia ca-
 pitali, exilio condemnatus, sed tanto insani uulgi
 Haffnensis tumultu et furore, ut de capite pene 25
 periclitarentur tam actores quam iudices, adeo nec
 honos nec reuerentia ulla habita est regni magistra-
 tui, in quorum etiam capita sedicioꝝ hereticorum
 uocibus conspiratum est. Interea leuissimis rationi-
 bus acta est fabula aduersus eundem Ioannem Taus- 30
 søn, quandoquidem ad serium tante rei tractatum
 ob sedicionis periculum non est peruentum. Accu-

satus enim in paucis articulis impie predicatis, clamabat ficta quadam simplicitate se falso accusari, pertinaciter negans se id docuisse ac predicasse, 113
5 quod etiam Lutheranorum testimoniis | aperte confessum est, tametsi nemo aperte reclamaret, ne uiderentur esse coniurationis in factionem publicę factę transgressores, tantum ualuit impietatis et perfidię uinculum, ut factionis professores nec faterentur uerissima, nec proderent falsissima, magno suarum
10 conscientiarum detrimento. Qua re palam factum est, quam heresis res sit uehementer periculosa, que non solum hominum mentes dementat, uerumetiam plane execat. Nam cum negasset se laudibus extulisse prophanationem sacrilegam templi diue
15 uirginis, docuisse sacram eucharistiam non esse adorandam, permisisse laicis iudicium scripturarum, uetuisse plebi accessum templi diue uirginis, adeoque coegisse hominum conscientias ad consensum factionis, maledixisse episcopis, sacerdotibus ac mo
20 nachis tocius regni, aliaque multa, de quibus iustissime accusabatur, et sine quibus haudquaquam fuisset Lutheranus, habuit nihilominus ex astantibus ciuibus acclamantes testes, eadem impudenter ne
114 gantes, | que ille prius negarat, non sine risu quorundam ex magistratu, qui ab eisdem ciuibus diuersam
25 relationem audierant, priusquam res ipsa ad iudicium peruenisset. Verum rebus impiis palam diuersum testantibus obstructa sunt ora loquentium iniqua, ac tandem lata in illum condemnationis sententia, qua perpetuo sit damnatus exilio. <Porro> post
30 mensis spatium secessit, ne uideretur contemptu manifesto dare occasionem grauioris dissidij. Sed

quoniam diuertit ad magistrum equitum D. Mag-
 num Gøije tocius Lutheranismi propugnatores in
 hoc regno, quo uocatus erat, illius interuentu, eius-
 que filię [[Sophię]] ab episcopo adamatę, restitui
 meruit. Episcopus enim Roschildensis heresi quam 5
 religioni addictior, vtriusque, patris scilicet et filię
 [[meretricis]], importunitate uictus, nonminus stul-
 te quam temere contra decretum tocius magistratus
 consensit, eundem Ioannem Taussøn esse in Haff-
 niam remittendum. Estque mox remissus, cum uix 10
 quindecim dies abfuisset, posterioribus prioribus de-
 terioribus | factis. Hanc uero grauissimam iniuriam 115
 mirandum est a magistratu regni fuisse toleratam.
 Quicquid igitur Lutheranismi erat in hoc regno,
 vsurariorum, adulterorum, meretricum, sacrilego- 15
 rum et crapule seruientium, patrocínio uigebat, in
 odium cleri, pudicitię, sobrietatis, abstinentię, atque
 omnium sacrorum Christiane religionis. Quecunque
 enim multis seculis obseruata sunt, aut pro virtu-
 tum custodia, aut pro diuini cultus maiestate, ab hoc 20
 pseudepiscopo impudentissime sunt contempta. Por-
 ro quam erat fictus et fucatus, huiusmodi argumento
 palam fecit. Friderico namque rege adhuc uiuente,
 solitus erat grauiter comminari Lutheranis a morte
 Friderici superstitibus, quibus postea non solum pe- 25
 percit, uerumetiam magno fauore, magnificis donis,
 ac multis honoribus prosecutus est, maximo simpli-
 cium conscientiarum offendiculo, qui nihil aliud me-
 tuebant futurum ex huiusmodi prohemiis, quam in-
 gentem religionis et pietatis ruinam. | 30

Eodem anno, cum Lubicenses insolescerent ni- 116
 mio rerum successu, iam facti hostes non tantum

Cęsarıs, sed tocius Christiani orbıs ob Lutheranismi perfidiam, cui promptissimis <ac pertinacissimis> animis addicti erant, ceperunt pyriticam exercere in Hollandos ac uniuersos Cęsarıs subditos, aut propria temeritate acti, aut quorundam Lutheranorum principum, defectionem a Cesare parantium, clanculariis consiliis instigati. Cęsariani uero, non ferentes publicos predones liberum mare infestantes, emissa classe instructissimarum nauium, iusserunt inquiri Lubicensium naues, atque de illis dignum sumi supplicium. Quod cum in nonnullis prospere successisset, ceteri timentes mox fugierunt, uehementer gauisi, quod Cęsarianorum manus effugissent, uenientesque in proprium portum ibidem tota hieme quieuerunt. Quod cognoscentes Cęsariani decreuerunt in Dania hibernare, quo essent in proximam estatem paratiores uel ad resistendum, uel ad inuadendum Lubicensium copias. Vt enim erat dubius rei euentus, ita incertum vtrinque propositum. Res tota occultis quibusdam rationibus est acta, interim Danis fluctuantibus non sine graui metu, quibus imminebat bellum uel a Lubicensibus, uel a Cęsarianis, nisi utriusque partes prudenter dissimulassent. |

117 Eodem anno Episcopus Roschildensis repertas
in arce Hiortholm litteras super iure, quod ecclesia Roschildensis habet ad arcem Haffnensem, ueterem suam possessionem, postulauit a dominis capituli Roschildensis sibi suisque heredibus dari, non quod esset spes recuperande arcıs ob longam prescriptionem, sed ad sopiendas in futurum omnes lites, credebatur easdem ab se redimendas, aut perpetua aliqua possessione, aut certa pecunię summa, quod cum

illi consultissime negaretur, grauiter in quosdam est
 offensus. Auaricie morbo adeo execatus erat, ut nec
 postulantis impudentiam animaduerneret, nec ne-
 gantium prudentiam iuste expenderet. Ab illo nam-
 que tempore cepit palam et Lutheranus et tyrannus 5
 fieri, quando iam tentabat non solum uiolare publica
 et longo usu confirmata iura, uerumetiam proprium
 iusiurandum, quo se obstrinxerat, non tantum ad
 conseruationem priuilegiorum ac libertatum ecclesie
 Roschildensis, sed etiam ad earundem defensionem 10
 aduersus quoscunque inuasores, quantumuis poten-
 tes et uiolentos, ne boni pastoris officium negligere
 uideretur. |

Hanc prudentissimam simul ac iustissimam <ter- 118
 giuersationem> sic ultus est in totum capitulum Ros- 15
 childense. Occasione <namque> et pretextu defensio-
 nis cleri aduersus uiolentiam nobilium prophano-
 rum, ui occupauit ius tocius cleri perpetuo possessum,
 accepta ab inquilinis eiusdem perpetua subiectionis
 obligatione, quo exemptos a iure priorum domi- 20
 norum semper haberet sibi obnoxios. Verum huius
 iuris occupatio (qua uisus <est> primo conatu tantum
 a singulis singulorum inquilinis vnā haurire tun-
 nam quesuisse) prestitit eidem magnam questus ma-
 teriam, quod postea, rebus semper in deterius uer- 25
 gentibus, manifestis argumentis compertum est. Nec
 potuit ab hac inuasionē ullis rationibus reuocari. Pul-
 satus primum instantissimis precibus, obtestatus de-
 inde de fide iurisiurandi palam prestiti, ac sigillo et
 propria manu signati, sollicitatus demum consiliis 30
 et hortatibus cognatorum et amicorum ac precipue
 fratris Eleri Rønnow, Domini Tuchonis Crabbe, et

119 D. Ioannis Wrnæ, <vt ceptis desisteret,> adeo | ad hec omnia obstupuit, ut factus ipsa impudentia impudentior, et ipsa insania insanior, omnino perduraret in sua sententia, nec unquam clerus tantam pertulit
5 tyrannidem ab ullo prophano principe, quantam ab hoc personato et heretico pontifice. Huius tam uolente tyrannidis caussa, erat regni Danię interregnum in hoc etiam studio quorundam potentium prorogatum, ut nullo rege iusto ultore existente, liberam
10 exercebant impij tyrannidem. Quam ob caussam prestitisset iamdudum in Dania esse hereditatem non electionem, quando uidemus hereditatis regna semper esse florentissima, electionis uero miserrima et infelicissima, multorumque prede et tyrannidi semper
15 exposita.

Hac vnica violentia, in qua se crudelissime gessit, adeo terruit uniuersum clerum, ut eidem postea quiduis petenti nihil vnquam negaretur. Nam mox obtinuit postulationem super arcem Haffnensem,
120 pauloantea | negatam, eodem iure obtenturus Anglię aut Scotię regnum ab eisdem donatoribus, ipso postulatore stultioribus, quibus nec licebat iam possessa ulli mortalium donare, nedum olim amissa, siue illa per vim fuerant occupata, siue iure permutationis alienata, nam de ea re uariabant multorum
25 capita. Quod si arx Haffnensis ullo iure poterat obtineri ab iis, qui nunc possident, non minus pertineret ad sedem Roschildensem, quam cetera eiusdem sedis arces perpetuo possesse.

30 Anno dominij .1533. in festo beati Martini, celebri magistratus regni conuentu Ottonie congregato, ac presentibus ibidem Caroli Cęsaris nuntiis, ictum

est perpetuum fœdus inter Danos et Cęsarianos, odio Lubicensium, qui mira temeritate liberum mare infestantes, piraticam exercebant in occidentales omnes Cęsarıs imperio subiectos.

Eodem anno mortui sunt equitesaurati duo, vnus 5
in Schania, D. Mauricius Iacobi, alter in Pheonia,
D. Ioannes Biorssøn, decoctor magnarum et multarum
possessionum | maxima liberorum suorum iniuria. 121
Vt enim contendebat uniuersos pompa armorum,
equorum, frenorum, ephippiorum, phalerum, 10
ornamentorum et conuiuiorum precedere, ita publica
fabula factus, omnibus fuit risui, ut solent ij, qui
stulta gloria sibiipsis plus satis placent.

Eodem anno .1533. mortuus est in monasterio
Burglanensi D. Nicolaus Stygge, uir nobilis plenus 15
dierum, mundo magis quam deo diues, qui tota
uita sua vnicam sobrietatis uirtutem coluisse fertur,
ceterarum egregius contemptor. Fuerat olim ex monacho
Burglanensi episcopus Burglanensis factus,
monachatu prorsus abdicato, ac uita spirituali pro- 20
cul ablegata. Nam ut diu ita semper male uixit, lusibus,
lasciuuis, chartis, aleis, et tornandis sagittis totam
uitam usque ad senectam transigens. Siquidem hoc
artificio oblectabat sese subinde, lusibus 122
et uanitatibus fatigatus, a nemine | repertus alioqui
blandus et exhilaratus, nisi quoties illi aderat nobilium
meretricum turba, aut scurrarum, mimorum et
adulatorum grata societas. Nam tempore regis Ioannis
ob infamiam semel fuit eiectus e cetu magistratus
regni, tanto serio ut postea egre sit receptus, 30
mulctatus prius graui pena. Cui tamen hoc nomine
ignoscendum est, quod ex profunda ignorantia multa

fecit ignorans et errans. Putabat longa consuetudine et multo rerum usu episcopatum non esse officium sed statum, non administrationem sed presidentiam, non functionem aliquam spiritualem dirigendis animabus destinata, sed secularem quandam dignitatem congregandis pecuniis delegatam. Hunc tamen quia pie credimus obiisse penitentem, sibi ex animo displicentem, ac omnino diuine misericordie confidentem, commendamus ex Christiana charitate clementissimo deo, misericordie ulnis recipiendum, qui seram penitentiam tum donat, tum approbat. |

.....
123 Anno domini M. D. xxxiiii, cum exorta esset grauis simultas inter Lubicenses Lutheranos et occidentales orthodoxos Cesaris imperio parentes de iure nauigationum, a quibus Lubicenses contendebant occidentales esse arcendos, atque ad certum nauium numerum cogendos, acceptis vtrinque damnis, Hamburgenses uero, videntes, imminere grauem calamitatem, impetrarunt a Domina Maria Caroli Cesaris sorore, ac eius nomine per inferiorem Germaniam regente, celebrari in ciuitate illorum solennem conuentum inter eosdem super tractatu ineundi federis, aut componende perpetue pacis. Lubicenses igitur multis dolis et technis obtinuerunt fœdus .iiij. annorum, animo interim belligerandi aduersus Holsatas, Danos et Suecos, etiamsi conuentum erat cum occidentalibus et cesariis, ne vnquam fœdus facerent cum Lubecensibus, nisi Holsatis, Danis et Suecis sub eodem fœdere comprehensis et conclusis.

Eodem anno obsederat grandi exercitu (multorum principum symbolo coacto) urbem quandam West-

phalię, nomine Monasterium, episcopus Monasteri-
ensis, que Lutheranismi occasione rebel-|lis et here- 124
tica facta, insania et impudentia omnium Luthera-
norum vrbes uicerat. Erant namque in ea vrbe, pre-
ter Lutheranos, etiam sacramentarij et anabaptiste, 5
penes quos erat rerum summa, Lutheranis prope-
modum vbique pre nausea contemptis ac neglectis,
quod quibusdam in rebus modestius insanirent, quam
vel sacramentarij vel anabaptiste.

Lubicenses igitur iam a Cesarianis tuti, coacto 10
grandi exercitu, Duce eiusdem Comite Oldenbur-
gensi, statim missis fećialibus ex insperato denun-
tiant bellum Clarissimo principi Christierno duci
Holsatie circa festum Ascensionis dominj, moxque
Holsatiam ingressi uastant omnia, precipue nobili- 15
um bona, ferro et igne.

Interea dum hec aguntur ancipiti spe, incertaque
victoria, Malmogenses ueteri perfidia insignes, ni-
mioque rerum successu elati, non tam Lubicensium
fauore seducti, quam nobilitatis extinguende desy- 20
derio flagrantes, grauissimam moliuntur proditionem
aduersus regni consules et magistratus, uniuersam
quoque nobilitatem, Malmogensibus alioqui addic-
tissimam. Porro euangelium, quod tum falso titulo
a damnatis hereticis predicatum est, cum apud Mal- 25
mogenses, tum etiam apud Haff-|nenses, non erat 125
Christi negotium, sed regis Christierni famosi tyran-
ni, in hoc magno studio magnoque artificio procu-
ratum, ut perduto primum clero, ac uniuersa nobili-
tate extincta, uindicarent tandem diu affectatam car- 30
nis libertatem, ut sub personato rege, omnis nobili-
tatis osore, uitam uiuerent plane ignobilem, nimirum

seditiosam, probrosam, ac prorsus sine lege detestabilem.

Animaduertentes itaque Malmogenses, nunc adesse oportuna tempus perficiendi, que olim decreuerant, non solum ob interregnum, aut nobilium periculosa dissidia, uerumetiam ex imminente bello Lubicensi, subornant sediciosi ciues huius infamis prodicionis infamem ducem ac principem, nimirum Ieorgium Cocum Vestphalum, fabrum monetarium, primarium ciuitatis consulem, hominem furtis, usuris, sacrilegiis, peculatu, multisque adulteriis infamissimum. Hic ex fece plebis collecto magno numero, feria sexta intra octauas pentecostes, que erat xxviii dies Maij, sub horam diei nonam, dolo uocatum ad commune colloquium Magnum Gyldenstierne, arcis Malmogensis prefectum, mox captiuum tenuit, arce quoque per fraudem intercepta, continuo eam arcis partem, que urbem respiciebat, demoliri fecit ab ipsis etiam fundamentis, aliosque duos e magistratu regni nobiles uiros, D. Trugotum Gregorij, et D. Nicolaum Podebusch, ad se bona fide uenientes, nec quicquam mali suspicantes, captiuos fecit. Quosdam etiam nobilium liberos, Malmogiam instituendi gratia missos, et iam a parentibus reuocatos, etiam tenuerunt captiuos. Ceterum de caussis ac circumstantiis huius horrende sedicionis, deque <tante> rei successu, uidebitur in progressu.

Eodem anno, ac ipso die pentecostes, moritur uenerabilis quidam uir dominus Simon Canonicus Roschildensis, plenus dierum, semper religiosus et probus, tametsi quorundam opinione fuerat erga pauperes inclementior. Cui successit in Canonicatu filius

Dominus
Simon
moritur.

nobilis uiri sed heretici Chanuti Ebbonis nomine Cornificius, adhuc puer, quales tum multi fiebant canonici, futuri reddituum possessores, sed officiorum ac laborum haudquaquam successores.

Archidiaconus Lunden-
sis moritur
M. Nicolaus
Conradi.

Eisdem ferme diebus uita functus est vir valde 5
venerabilis, uita et conuersatione | integerrimus, mo- 127
ribus uero ac consuetudine grauissimus, magister
Nicolaus Conradi, archidiaconus Lundensis, longa
uita dignissimus, si ita uisum fuisset superis. Cui suc-
cessit nobilis quidam ex Canonicis, magister Holge- 10
rus Schaldre, uir quidem humanis uirtutibus .predi-
tus, sed parum spiritualis et religiosus.

Christopho-
rus Comes
de Olden-
borg fit
hostis Da-
norum.

Eodem anno Comes de Aaldenborg nomine Chri-
stophorus, regis Christierni consanguineus, ex Hol-
sattia, quam inuaserat Lubicensium opera, Christierni 15
ducis armis pulsus, ipso die decem milium marty-
rum uenit in portus Sialandię, Lubicensium nauibus
transuctus, occupaturus, si pro uoto illi omnia suc-
cederent, non tantum Sialandiam, sed uniuersam Da-
niam nomine regis Christierni iam captiui. Cumque 20
vnam tantum noctem quieuisset, diluculo profesti
beati Ioannis baptiste, terram ascendentes, eodem
die Roschildiam peruenerunt, ubi mira alacritate
vulgi iuratum est in nouum principatum, nullo san-
guine fuso, ac pene nulla ui admota. In curiam | epi- 128
scopi mira spoliandi libidine grassatum est, atque in
quosdam clericos grauiter seuitum, idque potius se-
uitia militum quam iussu principis, a quo minarum
uiolentia sic multis est intentata, ut nihil non impe-
traret. Hic uidere licuisset, quanta sit ignobilis vulgi 30
insania, quod nullo iudicio, nulloue consilio preceps
ruit in omnem immanitatem. Nam ante finem tri-

dui adeo defecerat vniuersum Sialandie uulgus a propriis dominis, sic urgente ualida conspiratione, ut non solum incenderet ac spoliaret nobilem edes, sed etiam perderet ac captiuaret bonam nobilium partem, si licuisset. Erat enim iustum dei iudicium, quod tunc nobilitati imminerebat, nimirum crudelitatis, auaritię, superbię ac hereseos condigna pena. Nam Lutheranismus heresis omnium maxima adeo illorum ingenii arridebat, vt solo Cleri odio facti erant omnium sacrorum Christianę religionis impudentissimi contemptores, hoc nequiores, quod euangelij titulo | et pietatis spetie fucarent omnia, cum essent alioqui sceleratissimi. Nec alius secutus est predicati Lutheranismi fructus, quam communis uulgi rebellio et inobedientia, diu antea multorum uaticiniis prenunciata. Porro diuina ultione factum est, ut hec tragędia tanta celeritate gereretur, ut ipsis nobilibus omne repugnandi consilium <preclusum sit mutua a se distantia>. Nec tantum distabant a se corporum societate et commertio, sed etiam animis dissidebant, sibiinuicem parum fidentes, et ex nobilibus, qui tenues erant, non minus erant ditioribus et potencioribus infesti quam ipsum ignobile uulgus, unde factum est, ut plerique ex tenuibus etiam ad partes Christierni regis deficerent, sic edes et facultates suas ab incendio redimentes. Decreuerant enim Sialandię procęres, audito rumore uenturi hostis, ex Haffnia repugnare, quo tamen congregari non poterant ob innatam Danorum | tarditatem, quorum iccirco tarda sunt semper consilia, ac tunc maxime, quando res ardua maturitatem flagitat. Quidam etiam illibenter credebant se Haffnensibus ob perfidię su-

spicionem. Erant enim ex Haffnensibus multi, quia Lutherani, Christierno regi addictissimi, quidam uero nobilitatis osiores grauissimi, ob negociationes, quas exercebant ditiores, maximo omnium ciuitatum detrimento, ac perpetuo earundem murmure. 5 Siquidem nobilium negociationes et tyrannis uideatur fuisse precipua huius tragediæ causa, mercatus boum erat ciuitatum maxima iactura, pastura uero eorundem erat rusticis ut nouum onus ita intolerabile. Sicque factum est, ut auaritiæ et questus causa 10 ruerent in mutuam perdicionem.

Porro cum prefatus Comes de Oldenborg unam tantum noctem Roschildie transegisset, exusta ibidem curia episcopi, nomine Bystrop, et incenso castro Harildsborg, ad opidum Kiøgensæ profectus est. 15 Quo cum peruenisset, ibidem castrametatus est, cepitque reparare ueteres municiones paulo antea destructas, quo illic haberet tutiora presidia, ac liberiores excursiones. Interea libere grassatum est in edes et bona nobilium, ac illorum imprimis, qui 20 aliqua ratione uel differebant uel tergiuersabantur iurare fidelitatem regi Christierno. Hinc ex omnibus Sialandiæ angulis confluebant nobiles et ecclesiastici, et pretio redempturi suas edes ab incendio, ac fidem promissuri regi Christierno, noua et insolita iurisiurandi forma, eaque dura et intolerabili, 25 quandoquidem nemo iurantium fateri ausus est, quid et quomodo iurauerit. In omnibus regnabat domina auaritia, in exactoribus iuramentorum ut uindicarent regnum, in iurantibus ne regnum amitterent, imo ne fundum aut edem perderent, parati erant quiduis, quantumuis iniquis rationibus, iurare. | 30

- 132 In Sialandia igitur nulla uictoria gloriosior fuit quam incendij et spoliij, tametsi multa feliciter gessit contra nobiles prodicione ciuium ac rusticorum. Huiusmodi namque armis expugnata fuit ferme tota
5 Sialandie nobilitas, a qua, ob imitacionem tyrannidis regis Christierni, populus semper meditabatur defectionem, adeoque tacitis uotis ambiebant regnum Christierni regis, quod aut contineret nobiles in offitio, aut prorsus extingueret. Et quoniam D.
10 Ioachimus Rønnow, tunc pro electo episcopo Roschildensi habitus, iram dei ob heresim et impietatem contra se iuste prouocauerat, Erat enim uersutissimus ac callidissimus, nec ulla re insignis nisi impostura, uiolentia, tyrannide, ac auaricia, quare
15 etiam omnium bonorum uirorum odia et inuidiam in se concitauerat, iusto dei iudicio, ab inuasa functione, et occupata uerius quam legittime obtenta, turpiter depositus est non suo tantum pudore, sed etiam amicorum omnium, maximoque detrimento
20 ecclesie Roschildensis, quando in hac depositione multa ecclesie bona tum distracta tum alienata sunt. |
- 133 Eisdem diebus cum Haffnensis ciuitas esset multis prodicionibus infamis, fide nec seruata deo, nec regni magistratibus, quando occultis consiliis et clandestinis
25 machinationibus idem molirentur (Haffnenses), quod perfidi Malmogenses, simulabant sese non facturos ciuitatis dedicionem, donec regem Christiernum carceribus exemptum uiderent portis Haffnensibus restitutum. Verum nondum exacto decem
30 dierum spatio, tradita est ciuitas in potestatem Comitum, nulla urgente necessitate, sed mera libidine perdendi dominum Ioannem Wrne arcis Haffnen-

sis prefectum, ac uniuersos regni nobiles, quorum erant perfidissimi proditores, futuri etiam eorundem crudelissimi carnifices, si quod ardentissimis uotis moliebantur pro arbitrio successisset. Nec alia potiore lege tradita est ciuitas, quam ut circumiacentem uiciniam, integro miliari continuam Haffnensium ciuitati, perpetuo iure susciperet occupandam. Dedicionem igitur ciuitatis mox consecuta est arcis deditio, militibus a domino Ioanne Wrne perfidissime deficientibus, adeoque uiolentia et prodicione dedicionem urgentibus, ut omnino prohiberi nequirit. Neque eo prelio sine prodicione | aliqua fuit par-
ta uictoria, adeo inualuerat eo seculo proditorum malicia. 134

Schaniensibus interim tumultuantibus, ac rebellionem molientibus, eligitur in episcopum Roschildensem Gostauus Trolle, olim archiepiscopus Vpsalensis, homo leuis et inconstans, ac animi ferocis, minas et cedem spirantis in omnes, quibus ille male uolebat, sed nondum accepta possessione destitutus est, supplantante illum precessore suo domino Ioa-
chimo Rønnow, donatione decem milium marcharum Danicarum. Nam bina vice emerat ecclesiam Roschildensem, semel a rege Friderico sex florenorum milibus, et nunc iterum a Comite Christophoro
decem milibus marcharum Danicarum. Gostauus uero successit in episcopatu Ottoniensi turpiter fugienti Chanuto Henrici, qui magnam occasionem dederat huic bello, ob non seruatam fidem regi Christierno iam infelici captiuitate detento. 30

Schanienses uero, quoniam desperabant diu expectata Suecorum auxilia et presidia, timentes uali-

dam contra se irruptionem, nec habentes fidem ciuibus Landiscronensibus, apud quos parauerant sibi presidia, vnde fuissent repugnaturi, tandem etiam ipsi iurisiurandi sacramento iunxerunt se Comiti
5 Christophoro, non sine graui offensa Gostai Suecorum regis, a cuius etiam | solenni fēdere hac ratione discessum est.

Eisdem diebus, quoniam Pheonia contempta obedientia defecerat ad partes comitis de Oldenborg,
10 inuaserunt Pheoniam Holsate et Iuti, hanc defectio- nem grauiter ulciscentes, non solum direptione facultatum ciuitatis Ottoniensis, verumetiam interfectione crudelissima multorum ciuium eiusdem. Verum non potentes vti uictoria, a uigilantissima
15 Comitum militia, vsque ad vnum in opido Nyborg aut capti aut interfecti sunt, fugientibus paulo antea quam erat congregiendum Domino Ioanne Rantzo et Petro Ebbonis eiusdem belli ducibus.

Illustrissimo interea Christierno Holsatię duce in
20 regem a Iutis electo, mittuntur legati ad regem Suetie, eidem persuasuri, ut Schaniam inuadat, qui mox, coacto grandi exercitu, cepit opidum Halmstadense, non sine graui iactura Suecorum. Moxque Varbergense opidum obsidione cingentes oppugnant, sed
25 diu frustra, irritis semper Suecorum conatibus, qui tametsi erant uiribus superiores, fortuna tamen erant |
136 longe inferiores, si rerum exitus prohemiis respondebant. Dum hec aguntur

BLANDEDE OPTEGNELSER

PAA

LATIN OG DANSK

I

GL. KGL. SAML. 1551, 4^o

Caput xxx libri beati Augustini de spiritu et littera ad Marcellum.

Liberum ergo arbitrium euacuamus per gratiam? Absit, Sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem sic
5 liberum arbitrium per gratiam non euacuatur sed statuitur. Neque enim lex impletur nisi libero arbitrio : Sed per legem cognitio peccati : per fidem impetratio gratie contra peccatum, per gratiam sanatio anime a vitio peccati : per anime sanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium iustitie dilectio, per iusticie dilectionem legis operatio : Ac per hoc sicut lex non euacuatur, sed
10 statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impletur, ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, sed statuitur : quia gratia sanat voluntatem qua iusticia libere diligitur, Omnia hec que velut cateruatim connexuj, habent voces suas in
15 scripturis sanctis.

¶ Lex dicit Non concupisces : Fides dicit : Sana animam meam quoniam peccaui tibi : Gratia dicit Ecce sanus factus es iam noli peccare nequid tibi deterius contingat : Sanitas dicit : Domine deus clamaui ad te et [1b] sanasti me, Liberum arbitrium dicit, Volun-
20 tarie sacrificabo tibi Dilectio Iusticie dicit Narrauerunt michi iniusti delectaciones sed non sicut lex tua domine Vt quid ergo miseri homines, aut de libero arbitrio audent superbire, antequam liberentur, aut de suis viribus, si iam liberati sunt? Nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrij vtique libertatem sonare, Vbi
25 autem spiritus dominj ibi libertas, Si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio, a quo enim quis deuictus est, huic et seruus addictus est, Si autem liberati sunt, quid se iactant velut de opere proprio, et gloriantur quasi non acceperint, An ita sunt liberi, vt nec illum velint habere dominum, qui eis dicit, Sine me
30 nichil potestis facere, Et si vos filius liberauerit, tunc vere liberi estis

Exodi 20
Psal. [40].
Joan: 5.

psal. 53
psal. 118

.2. Corinthe:
3.

.Joan: 15.
.Joannis. 8.

De non seruantibus modum, sed ad extrema semper declinantibus non solum in moribus, sed etiam in scripturarum exposicionibus Sic loquitur beatus

Augustinus libro de fide et operibus, ca. 4.

Errant autem homines non seruantes modum, et cum in vnam 5 partem ire procliuiter ceperint non respiciunt diuine autoritatis alia testi-[2 a]monia, quibus possint ab illa intencione reuocari : et in ea que ex vtrisque t[em]perata est veritate ac moderacione consistere, nec in hac re tantum de qua nunc questio est, sed etiam in aliis multis, Nam quidam intuentes diuinarum testimonia 10 scripturarum, quibus unus deus colendus insinuatur

[Den nederste Del af 2 a og hele 2 b ubeskrevet]

[3 a] Fader ij himmerig, een gudt offuer alle ting,
tith naffn som er wsigeligt
fader ij himmerig een gudt offuer alle ting 15
tith naffn som er wsigeligt,
thet scall nw helligt giøris,

Tith riige ladt oss tillkomme mett trofast kierlighet
ij himmelin oc paa iorden.
Tith riige ladt oss tillkomme, mett trofast kierlighet 20
ij himmelin oc paa iorden,
ladt skee thin signede willie

Liffsins brødt giff oss i dag, som er
wor salighed oc wor daglige føde,
Liffsins brødt giff oss ij dag, som er 25
wor salighet oc wor daglige føde,
O rex glorie,

Forlatt thet wij haffue syndett, emodt tith hellige budt
som wij forlade synder
Forlatt thet wij haffue syndett emodt tith hellige budt 30
som wij forlade synder,
ther giøris oss emodt,

Ladt oss icke falde ij syndig frestilse,
 men fra thet som ontt er
 Ladtt oss icke falde ij syndig frestilse
 men fra thet som ontt er
 5 frelss oss ewinnelig

[3b] Gabriel engill sagde, Maria fuldt met naade,
 herrin han er mett teg,
 Gabriel engill sagde Maria fuldt mett naade
 herrin han er mett teg, som frelszer Jsrahell.

10 Thu æst benedidett, blant alle gode qwinner,
 thu kaldis haffsins stierne,
 Thu æst benedidett blant alle gode qwinner
 thu kaldis haffsins stierne, aff thenom som ere i nødt.

15 Wære Jesus benedidett, som er Gudtz ewige søn
 oc tith hellige liffs fruct
 Wære Jesus benedidett, som er Gudtz ewige søn
 oc tith hellige liffs fruct, all werdsins salighet.

[4a] Sententie grauissime ex paraphrasi Erasmi Rothe-
 rodamj in epistolam ad Timotheum priorem selecte

20 ex capite primo

Neque enim clam est quantis tempestatibus obnoxia sit vita
 doctorum

Quisquis pure credit non moratur questionem, Qui questio-
 num nodos, alios super alios nectit, ac renectit, quid aliud docet
 25 quam dubitare?

Ex diametro pugnat cum fide questionum curiositas
 Si deum credunt, cur causificantur de illius promissis?

Si compendio fides et charitas euangelica prestat salutem, quor-
 sum admiscentur humana prescripta, de preputij pellicula rese-
 30 canda, de lotione manuum, de delectu ciborum, de obseruatione
 dierum

Euangelica charitas nec fallit vsquam nec hesitat, nec ab of-
 ficio pietatis cessare nouit, nec enim alio spectat quam ad Christi
 gloriam, quam ad proximi salutem

Summa destinatio legis hec erat, vt nos deduceret ad Christum,
 [4b] Quorsum opus frenis aut calcaribus equo commode sponte-
 que currenti?
 Lex iusto non est posita

Ingentia dei promissa sed author certissimus

Diffidere desinet, quisquis Christum auctorem cogitarit, 5

Decet enim immortalem immortalis honos

Turpissimum autem ac nepharium sit desciscere ab eo, in cuius
 verba iuraris, cuique semel nomen dederis

Fidei robur labefactant humane questiones, Conscientiam vi-
 ciant humane cupiditates, dum qui Christi negotium agere viden- 10
 tur, alio spectant quam ad Christum,

Cuius est insyncera conscientia, eius non potest esse sincera
 fides,

Austeritate coercendi sunt, quorum eo progressa est impie-
 tas, vt lenibus remediis iam nichil agatur. 15

ex capite 2°.

Qui Christum profitentur eos oportet longissime abesse a cu-
 piditate vindicte, a libidine nocendi, ab omni maleuolentie spetie,

[5a] Christiana charitas non est angusta sue tantum fauens
 factionj sed exemplo dei porrigit sese latissime, ad bonos pariter 20
 ac malos

Christianum est obliuisci malorum et meminisse beneficij

Principibus nec turpiter est adulandum nec sediciose regnandum

Quid enim faciet medicus si egrotus reiiciat salutiferum phar-
 macum 25

Vnus est deus non peculiaris huic aut huic genti, sed omnium
 ex equo communis

Christianis omnis locus purus est ac sanctus ad immolandas
 precum victimas

Vndecunque precantes deus exaudiet 30

Gratissimum deo sacrificium est purum votum e puro pectore
 profectum

Dei oculis fedum est quod mundo videtur splendidum ac mag-
 nificum

Vt animi est imperare, corporis parere, ita vxor debet a mariti 35
 nutu pendere

Vir neque serpentis promissis, neque pomi illecebra decipi po-
 tuisset, sola charitas vxoris pertraxit ad perniciosum obsequium

Optegnelsesbog

157

Ex capite 3°

[5 b] Par est enim vt qui precellit honore, precellat et virtutibus.

Quis enim credit doctori cuius oratio pugnet cum vita?

Quis feret increpantem in quo videt aut eadem aut etiam gra-
5 uiora flagitia?

Primum matrimonium gignende proli datum videri potest, at
repetitum coniugium non caret etiam apud ethnicos int[em]peran-
tis animj suspicione

Decet episcopum in tantum abesse ab omni crimine vt vacet
10 etiam omni criminis suspicione

Primum autem boni doctoris munus est, vt sciat que sunt op-
tima


Proximum vt libenter, vt assidue vt amanter vt absque super-
cilio vt tempestiue doceat

15 Euangelica doctrina vincit lenitate non clamoribus,
Charitas emendat contencio irritat


Ex capite 4°

[Nederste Del af Siden tom]


[6 a]




Nw er oss gud miskun - de - lig, oc han will oss wel - sig - ne,



20 Sith ansigt offuer iør - de - rig, thet lader han nw skee - ne,



At wij paa iordhen maa forstaa, hans weij oc hellij naade,



oc Jesum Christum kende saa blant folck ij



alle maade, han styre oss well oc raade.

Thij tacke Gud oc loffue teg,
 the hedninge offuer alle,
 oc alle land the gleder seg,
 tith namffn the nw paa kalle,
 at thu retferdigst, dommer esth, 5
 thu lad oss eij wildfare,
 Thijth ord kand oss beskerme best,
 huo thet will wellforware,
 hand bliffuer wdhen fare,

[6b] The tacke Gud oc loffue teg, 10
 thet folk i alle maade,
 wort land gør fruct oc bædrer seg,
 thet kan tith ordt well raade,
 Oss signe Gud fader oc Guds søn,
 oss signe Gud then helliand, 15
 for hanwm schal rædis alle land,
 oc alting stander wdi hans hand,
 nw siwngue wij aff hierthet Amen.

Gud fader oc søn then helliand, bør oss at
 prijse oc æ - re, Han gør miskund ij al - le land, 20
 som wij maa daglige læ - re, han haffuer
 bewijst stor kierlighed mod menniskins køn saa
 mange leed, som wij will faa at hø - re.

[Blad 7 er ubeskrevet]

[8a] O stercke Gudt i himmelin boor,
 Thu pleier een herre at wære,
 Oc sider offuer alle engle koor,
 Wore synder wille thu nw bære,
 5 Mijn øghen lyffter ieg till teg,
 Saa saare mwnne meg lange,
 At thu wilt naadelige ansee meg,
 For ieg haffuer synderne mange,

[Blad 8 b og 9 er ubeskrevne]

[10a] Een liiden wiise om jomfru Maria,

10 Heell Maria iomfrw søde,
 huadt teg sømmer ære oc priiss:
 Then tiidt thu Gudtz søn fødde,
 thu est offuer alle rosen riiss
 Wij maa teg ther fore kalde,
 15 eett blomster offuer thenom alle,
 o ædele iomfru wiiss,

O castitatis lilium,
 som lucthen giffuer best,
 20 Jeg wedt thet er thijn willie,
 att wij schule alle fleest,
 ij paradiiss besettis,
 Ther er gleden mest:
 oc ther er gleden best,

Tag bortt then kranckhedtz plaffue,
 25 wij bede teg alle saare,
 Som wij ij werden haffue
 mett anger oc grædinde taare,
 Wij kiendis at haffue syndett,
 saa mange som wij ere,
 30 mett thenom som for oss wore,

Optegnelsesbog

Giff oss aff Christi naade
 som hwjltis ij tith skiødt,
 offuer all naturlig maade
 mett aarhjør blodt oc kiødt,
 Saa war Gudtz søn wndfanghen 5
 fødder bwnden oc twanghen,
 for han wille taale dødt

[10 b] Rett som en werdsins daare,
 bespottett war han her,
 Oc ther till pijnter saare 10
 aff thenom som han haffde kier,
 Saa dyre mwne han oss kiøbe,
 mett lijmer oc huasse swøber,
 tenck ther paa leeg oc lerdt

Well er then mandt oc qwinne 15
 eija saa mangelundt
 huo thet kan rett besinde,
 wdaff all hiertens grundt,
 Gudt wille oss naaden giffue,
 ij himmerige att bliffue, 20
 oc wære ther allen stwndt

Nar Gudt will sielin dømmе,
 alt paa wor dødtzins wej:
 Ladt teg thet eij forsømme
 mischunde oss wden alt nej: 25
 Gudt wille oss naaden sende,
 nar wij schule werden ende,
 O mater gracie,

Eija huadt war thijn glede,
 Maria Jomfru skøn,
 ther Gudt aff høieste sæde,
 gaff teg sijn eniste søn,
 5 Eija huadt war hans pijn
 icke for synderne sijne
 men alt for mennischins kiøn,

O Maria iomfrw fijn,
 hør huadt ieg beder teg,
 10 Oc thu æst trøsterinde mijn
 [11 a] om thu wilt høre meg,
 Gudt wille mijn syndt fordriiffue,
 nar thu mwne for meg bede,
 alt effter thijn gamle seedt,

Nar Gudt er wore synder gram,
 teg gierne tha will han høre,
 15 Jesus thijn søn thet himmilsche lam,
 mwne thet saa krafftelige giøre,
 Wore synder thenom bar han paa sijn ryg,
 20 een patroen er han fordi saa tryg.
 wdi Gudt faders ørhe,

Dog thu foragtis aff mange,
 som nw bespote Gudt,
 Thet som war spaatt for lange,
 25 emodt hans hellige budt,
 Thu æst tog himmerigis drotning,
 nar thu haffuer født then eniste søn,
 som er bode mandt oc Gudt,

Optegnelsesbog

Wele the seg icke bekiende,
 aff all theris hiertens grundt,
 oc lade wdaff att skiende,
 mett theris spotsche mwndt,
 Giff thenom ij werden plage,
 att the icke fleer bedrage,
 mett løghen saa mangelwndt

5

[Blad 11 b er ubeskrevet]

[12 a]

Dhe x Guds bud
 kortelighen wdsette paa dantske.

Dhet første.

10

Haff ey Gud meer en een
 om thu wilt være wdhen meen
 ælsk saa hanum aff hierthens grund
 oc holt hans bud ij alle stund
 ij huad thu elskir lige met ham
 dhet bliffuer dhijn Gud deg til skam.

15

Dhet andhet.

Dhijn Gud scaltu altid fijre og ære
 met erlig tale oc hierthens begære
 Schal han være deg blijd oc icke wred
 dha wogte deg for løghen oc meened
 dhen som will gerne liwge oc swærie
 sijn eghen siell mwne han forhærie.

20

Dhet tredie.

Wiltw tækis dijn kære Gud
 dha holt gerne helligdags bud
 som er Guds low at gerne høre
 oc inghen synd met foragt at gøre

25

oc dher til bruge bode hender oc mwnd
ij gode gerninger aff hierthens grwnd.

Dhet fierde.

[12 b] Nest Gud som deg haffuer skabt
5 elsk forældre aff all dhijn magt
saa for dhw alder lystig oc lang
oc ewigt lifff wdhen sorg oc twang
ij forældris namffn besluttis dhe alle
som wij forstandere oc høffuitzmend kalle.

Dhet femte.

Haff sidhen aff alt tith hierte kær
dhijn iemffncristhen som sijdher deg nær
thi wogte deg well for wrede oc mandrab
om dhu wilt bliffue wdi herrins wenskab
15 desligest gør oc met affwend oc had
dha bliffuer dhu met Gud ewinnelige glad.

Dhet siette.

Wær kysk oc reen ij gerning oc snack
at thu kant findis wdhen lack
20 gør ey hoor om dhw esth wiiss
dha faar dhu ewig loff oc prijs
[13 a] men kantw dijn mage icke ombære
dha gack ij ægteskab met heder oc ære.

[12 b] Dhet siwnde.

25 Gør een andhen som dhu wilt haffue
dha følger deg got rygte till graffue
begær fordi aff inghen mand
whden dhet thw betale kand
ij huad thw faar mod rett oc skell
30 dhu dhet for Gud bode røffuer oc stiehl.

[13 a]

Dhet ottende.

Scaltu Gud rettelige frygte
 dha gack effter inghen mantz ere oc rygte
 thi gør aldrig om dhu wilt være from
 falst witne oc wretferdig dom 5
 bagtall oc løghen scaltu ey føre
 ey heller andre dhet gør gerne høre.

Dhet nijende.

Wiltu bliffue ij herrens hyllist
 dha gør hwerman skæll oc fyllist 10
 begær ej hans agher eng heller iord
 ey hwss heller noghet wdaff hans gaard
 wdhen dhet met mijnne kan skee
 om dhu scalt wndgaa dhet ewige wee.


Dhet tijende.

Wiltu tiene Gud met sandhed oc troo
 dha begær inthet aff een andhens boo
 være seg anthen pïjge heller dreng
 heller oc hustrw dher gaar met hanwm ijseng
 elliens kommer dhu ij dhen plage 20
 dher deg scall angre alle dhijne dage


Besluttelse

[13 b]

Holt wbrødelige desse bud
 dha faar dhu ewig løn aff Gud
 lad sidhen som dhu haffuer inthet giort 25
 dha teckis dhu Gud saa haffuer ieg sport
 men hwar som dhu dhet icke gør
 dha trengis dhw ind at heluedis døør.




Haff ey gud meer en een, om thu wilt




wære w - den meen, Elsk saa hanwm aff hier -



thens grwnd, oc holt hans bud ij allen stund,



ij huad thu elskir lige met ham,



5 Thet wor - der thyn gud teg till skam.

[Paa Bl. 14-15 findes en Gentagelse af det foregaaende Digt om de 10 Bud og de første Linier af Salmen S. 157]

[16 a] Wiltw syndhen offwerwinne
 dha wogte deg wel for onde qwinne
 hwn er i hierthe falsk oc twnge søød
 oc henne følier dhen ewige død

om onde
 qwinner

10 Flij dhen i alle stwnd
 dher haffwer oc brwgher een whøwisk mwnd
 han er for Gud død oc icke qweg
 thi will han andre dræbe met seg

om een whø-
 wisk mwnd

15 Wij ære her alle fremmede geste
 wij bygge slot oc stoore fæste
 men dher som wij schwle ewinnelige boo
 bygge wij hwerckin hwss heller broo

mod wnyttig
 bygning

- mod hemffn Wiltw wære i sind oc hierte fast
dha hemffn aldriĝ dhijn offuerlast
fordi Gud best heffne kand
Sier sancte Paawel dhen wiise mand
- mod w rede- Wær redelig i køb oc hówisk i snack 5
ligt køb: dha faar dhw aff Gud oc menniskin tack
Dhen haffwer baath gantske well
dher alting gør met ræt oc skæll
- mod drick [16 b] Wogte deg well for drick oc daabill
oc daabill wær ej heller met skalke ij kaabill 10
elliens kommer thw ij dhen plaghe
dher deg schall angre alle dhijne dage
- om retfer- Gør een andhen som dhw wilt haffve
dighed dha fangher dhw met teg got rygte i graffwe
men brwgher dhw gerne falsk oc swig 15
dha foragtis dhw aff Gwd ewinnelig
- om dhen Wiltw Guds wenskab rettelige forhwerffwe
dher andre gack effter inghen mantz skade oc forderffwe
forderfwir som dhw gaar effter een andhen mantz skade
saa mwnne deg Gud ewinnelig hade 20
- Dhen som er aff hierte god
han gør icke met foragt Gud i mod
fordi han rædis icke pijn men guddoms ære
thi mwnne han Gud tacknemmelig wære
- Scalke gøre stwndwm got 25
at the schwle wndgaa straff oc spot
thi agtis dheris gerniĝ ej for een bøøn
ej faa dhe heller aff Gud andhen løøn

[17 a] Stoppe mad i fattig mantz mwnd
 om dhw wilt haffwe Guds wenskab ij alle stwnd
 giffwer dhw hanwm icke aff dith brød
 dha faar dhw ewig hwnghers nød

5 Wiltw leffwe ij roo oc lyst
 dha fly dhen som haffwer met hwerman tyst
 wære seg anthen mand heller møø
 dha wndgaar han næppelige dhen ewige døø

For dødhen schaltw icke rædis
 10 om dhw wilt met Gud ij himmerige glædis
 kwnne dhw æn Adams alder faa
 paa een thijme schaltw en dog forgaa

[Inghen staar Gud meer i mod
 en dhen seg holder geff oc god
 15 waare han en ij sancte Peders stæd
 dha er han sannelige dieffwels næd]

Tænck well hwad tha schall skee
 nar hierthet brysther aff pijn oc wee
 dha schaltw gaa dhen lange weij
 20 [wiltw gerne heller oc eij]
 oc dher fore kan icke hielpe neij

[17 b] Æn dha at Gud han er mijskwnd
 oc icke heffnijr synd ij alle stwnd
 han kommer dess haardere at han er seen,
 25 thi schwle wij alle findhis wdhen meen,

Een gerig mand som elskijr guld
 han kan aldrig worde fwld,
 for en han bliffwer lagd ij mwld,
 oc saa plaghet ij helwede met hede oc kwld,

Wiltw ey komme ij hwermantz screff
 holt altid ord oc dhijne breff
 Dhen som icke giffwer breff oc ord magt
 han faldher wdaff hwermantz agt

Dhen som ij alle maade will wære from 5
 oc icke rædis Guds strenge dom
 han schal mod then fattige wære barmhertig
 dha bliffwer hanwm Gud mijskwndelig

Dhen som wed met hwerman lack
 oc dher til er wbeqwem ij snack 10
 han kommer effther dhenne naturlige død
 til dhen ewige sorg oc nød

Wogte deg for dhen dher seg holdher god
 fordi han staa Gud oc menniskin ij mod
 han begær sijn eghen hedher oc ære 15
 thi mwnne han Gud wtacknemmelig wære

[18 a] Fly dhen som altid tall deg til willie
 fraa dhijn Gud mwnne han deg skillie
 men dhen som sier deg sant rwnnelige wd,
 han er dhijn rette wæn for Gud 20

Nar werdhen hwn gaar deg ij mod
 dha begynner Gud at bliffwe deg god,
 tacke fordi Gud ij all dhijn nød
 om dhw wilt wndgaa dhen ewige død,

Nar deg faldher wlycke till 25
 lad thet wære som Gud han will
 met sooth oc sorg oc dheris lijge
 faa wij alle himmerigis rijge

Dhen som will møghet sqwaldher føre
 schaltw aldrig gerne høre
 være seg anthen leeg heller lærd
 han er eij mange penninge wærd

5 Fly dhen ij alle stwnd
 dher haffwer oc brwgher een whøwisk mwnd
 han er een daare oc een gæck
 fordi will han met hwerman ij sæck

10 Wær ydmyg oc god at lære
 dha skeer deg bode heder oc ære
 dhen som haffwer sith eghet sind
 han er for Gud bode døff oc blind

[18 b] Dhen som icke haffwer eet redeligt skæll
 hanwm kan icke lenge lijde well
 15 maa han en well ij werdsins dage
 Dha faar han sorg ij helwedis plage

Leeff aff dith arbeijde wmage oc møde
 oc begær ey meer en daglig føde
 haffde dhw en all werdsins guld
 20 Dha wendis dhw dog til iord oc mwld

Waar herre sagde om dhe rijge
 Dher lade inghen at være sijn lijge
 at the schwle neppelige himmerige fange
 fordi dhe haffwe synderne mange

25 Wiltw efterfølie ære oc dygd
 oc leffwe dith liff met glæde oc frygd
 lad hoomod oc dyrck ydmyghed
 dha faar dhw met Gud ewig salighed

Wiltw syndhen sennelige fly
 oc alt thet Gud mijstæckis sky
 Dha tenck at wij skwle alle døø
 wære seg anthen man heller mөө

Alle schwle wij eens for dødhen falde 5
 nar Gud will oss aff werdhen kalle
 men effter døden, wil han met them saare strenge
 Som her haffde magt at dræbe oc henge

[19 a] Hwo altid wel y werdhen maa
 oc alting mwnne efter hans willie gaa 10
 thet er wissist teghen hær
 at han er Gud ey mөгhet kær

Lad thijne ord alle wære sand
 borge ey meer en dhw betale kant
 wed mөгhet oc tale eij alt 15
 tænck wel hwad thw tale skalt

Hwo alt sith hob til rigdom will wende
 aff werdhen faar han gerne ond endhe
 han faar hanwm ey ij graff met seg,
 men helwedis pijnne ewinnelig 20

Nar edlinge skræppe aff slegt hielm oc skiold
 aff rigdom magt oc mөгhet wold
 Dha tænck dhw paa dhet ewige wee
 oc holt theris homod for spot oc spee

Dhen er ægte nock for Gud 25
 som met gerning holder gerne hans bud
 waare han en een konge søøn
 aff ondskab er han ev wærd een bøøn

Dhen er ædele for Gud oc man
som dygd oc ære følge kan
inghen er god aff ypperlig slegt
nar alting kommer paa dhen strænge wægt

5 [19 b]

Om try leede ting

Try leede ting haffuer ieg seet
som ej bør at bliffue forgæt
een rig man een løynere war
oc een fattig homod ij hierte bar
10 dhet tredie war een gammill mand
wdi huilken ieg inghen wiisdom fand

Om alle scaltu tale got
oc inghen man haffue for spe oc spot
thet han nw er kanthw well bliffue
15 thi scaltu hanwm maadelige opscriffue

[20 a] Septem peccata mortalia Martini Lutheri

Att bede, faste, scriffte, offre, tage wigd wandt, at giffue tiende
oc almwse, att kalde paa helgen oc bøije thenom knæ,

Octo beatitudines eiusdem,

20 Att wære gantz frij, att forløbe closter, att foragte paffue oc
keijsere, att holde huerckin eedt eller ieth, att æde kiødt om fre-
dag, att drage allehonde kledeboen, att icke høre messe eller
begang for the døde, att høre Gudtz ordt oc giøre inghen godt
gierning,

25 Decem precepta eiusdem,

Att sette een sterck loffue till Gudt mett mwndhen.
Att holde Gudt huercken tro eller loffue,

Æsthu mwncck eller nwnne saa løb aff then prijswn, thet er
closter thu fangis wdi,

Hør predickin om søndaghen aff een Luthers prest

Messe, ottesang, affthensang, natsang oc andre tijder schaltu
icke læse eller høre, 5

Fader oc moder, Iøder oc hedninge, keijsere oc konger, skøger
oc skalke, acte alle for een statt,

Giør inghen ting, wdhen aff Luthers presters befalling.

[20 b] Hielp mwnccke prester oc nwnner, till een erlig statt,

Thet som thu loffuede ij gaar eller dag scaltu ij morgen igien- 10
robe,

Tag teg till huadt thu kantt faa, mett rett eller w rett,

Begær presters gotz oc rigdom, om thu wilt worde salig,

Sex peccata in spiritum sanctum Martini Lutheri,

Att tale Gudtz helgen gott, 15

Att wære klerckeridt gwnstig,

Att fijre hellidage,

Att beiaffue skerdsijldt,

Att sighe helghen wære ij himmerige,

Att bede gott for Cristhen siele, 20

4^{or} peccata clamantia Martini Lutheri.

Att bygge kircker oc closter,

Att smykke tempill mett altere oc belede,

Att giffue mwnccke koren oc oste,

Att giffue prester messe penninge, 25

Septem opera misericordie eiusdem,

[21 a] Att negte then siwghе kirckins sacramentt,

Att mette then hwngrw mett tag oc roff,

Att røffue prester oc klede then nagne,

Att giøre hospitall aff kircker oc closter, 30

Att hugsuale een oc bedrøffue een andhen,

Att trenge oc fange prester oc mwnccke,

Att begraffue then døde ij kær oc moose,

Septem dona spiritus eiusdem Lutheri,

Att haffue eett staalt oc stragt sindt,
 Att frøcte huerckin Gudt eller menniskin,
 Att forsmaa wnderwiisning paa schriffthen,
 5 Att haffue raadt mett sijn eghen aandt,
 [21 b er ubeskrevet]

[22 a] Inicium noui euangelij Secundum Manicheum

Liber generationis Antichristi filij perdicionis filij Diaboli, Diabolus genuit iniquitatem, Iniquitas genuit mendatium, Mendatium autem genuit infidelitatem, Infidelitas autem genuit Simonem Magum et fratres eius, Simon autem genuit Marcionem, Martion autem genuit Hebionem, Hebion autem genuit Cherintum, Cherintus autem genuit Eunomium, Eunomius autem genuit Basilidem, Basilides autem genuit Arrium, Arrius autem genuit Sabellium, Sabellius autem genuit Macedonium, Macedonius autem genuit
 15 Luciferum, Lucifer autem genuit Donatum, Donatus autem genuit Vigilantium, Vigilantius autem genuit Pelagium, Pelagius autem genuit Sergium apostatam, Sergius autem genuit Machometum Arabie regem, Machometus autem genuit Porphyrium, Porphyrius autem genuit Auerrhoim, Auerrhois autem genuit
 20 Patauinum, Patauinus autem genuit Wiclephum ex ea que fuit Belial, Wiclephus autem genuit Huss, Huss autem genuit Pragensem, Pragensis autem genuit Rochezanam, et fratres eius in exilio Bohemico, Et paulopost exilium Bohemicum Rochezana genuit Wesselum, Wesselus autem genuit Gocchium, Gocchius
 25 autem genuit Lutherum prothopriapistam, Lutherus autem genuit Carolostadium, Carolostadius autem genuit Pomeranum, Pomeranus autem genuit Ecolampadium, Ecolampadius autem genuit Capitonem, Capito autem genuit Zwinglium, Zwinglius autem genuit Lambertum, Lambertus autem genuit Brunpheltium, Brunpheltius autem [22 b] [genuit] Bucerum, Bucerus autem genuit
 30 Cruciferum priapistam, Crucifer autem genuit Nestuedianum lictorem, Nestuedianus autem genuit Vascularium, Vascularius autem genuit Ruffum, et ceteros perfidie viros, de qua nascetur filius qui vocabitur Antichristus.
 35 Per hec diabolica dicta seducat vos Lutherus prothopriapista.

In principio erat error, et error erat apud Lutherum, et Lutherus erat error, hic erat in principio apud Lutherum, omnia per ipsum destructa sunt, et sine ipso destructum est nichil quod destructum est, In ipso mors erat, et mors erat tenebre hominum, et tenebre in luce tenebrescent, et vita eas non apprehendit, Erat homo missus a diabolo, cui nomen Ioannes Huss, Hic venit ad testificandum, vt testaretur de tenebris, vt omnes errarent per illum, Non erat ille tenebre sed missus erat vt testaretur de tenebris, Erant tenebre ille tenebre vere, que obscurant omnem hominem venientem in suum mundum, In mundo erat, et mundus per ipsum destructus est, et mundus eum non cognouit, In aliena venit, et alieni qui ab omni vento doctrine mouentur, eum receperunt, Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios diaboli fieri, iis qui credidissent in eum, Sed non tantum ex sanguinibus, et ex voluntate carnis, et ex voluntate viri, sed [23 a] ex diabolo nati sunt, Et error eius heresis facta est, et habitauit cum illis, et vidimus heresim eius heresim quasi a cacodemone spiratam, plenam mendacii et impietatis,

Te Lutherum damnamus, te hereticum confitemur.

Te errorum patrem, omnis terra detestatur.

Tibi omnes angeli, tibi celi et vniuerse potestates

Tibi clerici et laici incessabili voce proclamant,

Totus, totus, totus blasphemus in deum Sabaoth

Pleni sunt celi et terra, horrende miserie tue

Te odiosus tyrannorum gladius

Te hypocritarum detestabilis numerus

Te fornicatorum adulterinus laudat exercitus,

Te per orbem terrarum sancta detestatur ecclesia

Patrem immense immanitatis,

Venenosum tuum dictum, et perniciosum documentum,

falsum quoque per te accipiunt spiritum,

Tu rex inique secte,

Tu patris Antichristi sempiternus es filius,

Tu ad perdendos homines non horruisti religionis habitum,

Tu destructo veritatis fundamento, aperuisti sequacibus tuis portas inferorum

[23 b] **Tu** ad Luciferi dexteram sedes in perpetuis penis

Tu Lucifer crederis in luctum venturus,
 Te ergo quesumus tuis discipulis subueni quos errore falso im-
 buisti,
 Eterna caue cum illis flamma comburi,
 5 Saluum fac populum tuum, quem erroribus decepisti, et valedic
 hereditati tue,
 Et corrige eos et exerge eos vsque ineternum,
 Per singulos dies maledicimus te,
 Et damnamus nomen tuum in seculum et in seculum seculi,
 10 Dignare Lucifer ipse isto peccato exilire,
 Miserere tui Lucifer miserere tui,
 Fiat iusticia tua domine super nos quemadmodum sperauimus in te,
 In te Lucifer qui sperabit confundetur ineternum,

Antiphona

15 O periurum virum, Martinum Lutherum, cuius anima volupta-
 tem possidet, unde exultant lubrici letantur heretici, chorus stul-
 torum proclamat, turba demonum inuitat, mane nobiscum ine-
 ternum,

Versiculus

20 Constitue super eum peccatorem
 Et diabolus stet a dextris eius,

Ploremus,

Deus qui conspicis, quia heretici omnes humanis suffulti presi-
 diis, nullis scripturis, miraculis [24 a] aut rationibus vincuntur.
 25 Concede propicius vt penitentiam agentes, aut cito conuertantur
 a seductione populi tui, aut pertinaciter obstinati in infernum pre-
 cipitentur, commeritas penas luituri, per omnia secula seculorum.
 Amen.

[Herfra til 27 a er ubeskrevet.]

[27 b] Chrysostomus In Matheum homilia lxxvij sic scribit, de
 30 cecis qui ex animo petebant illuminari, Hinc iam aperte discere
 potes dilectissime, quia etiam si valde viles, atque etiam abiecti

simus : tamen si ardenti animi studio ad deum accedamus per nosipsos, sine mediatore impetrabimus, que petamus Consydera enim quomodo nullus apostolorum affuit istis sed ediuerso quamuis multi eos repellebant, omni tamen impedimento superato, ad Iesum peruenire voluerunt, Ita et si nullam ex vita fiduciam euangelista eis tribuit ardore tamen animati sibiipsis suffecerunt, 5

Idem homilia liij

Tu vero diligenter consydera, cum nichil ab apostolis in re mulieris factum fuerit totum ab ipsa perfectum Tantum quippe potest iugis et feruens oratio, mauult enim nostram deus qui rei 10 sumus quam aliorum pro nobis orationem, Nam quamuis maiore illi ad Christum potiebantur libertate, magnam tamen mulier ostendit patientiam. 5

[28 a]

An opus sit suffragatore

apud deum, videri potest in commentariis diui Ambrosij super epistolas Pauli, vbi super hec verba Pauli primi capituli ad Romanos Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, in hunc modum scribit, Sapientes enim se arbitrantur quia rationes phisicas inuestigare putant, scrutantes cursus syderum, et qualitates elementorum dominum autem horum spernentes : ideo stulti facti sunt 20 Cum si hec laudanda sint, quanto magis creator illorum, Solent tamen pudore passi neglecti dei, misera vti excusatione dicentes, per istos posse ire ad deum, sicut per comites peruenitur ad regem, Age nunquid tam demens est aliquis aut salutis sue immemor, vt honorificentiam regis vendicet comiti, cum de hac re, si 25 qui etiam tractare fuerint inuenti, iure vt rei damnentur maiestatis, Et isti se non putant reos qui honorem nominis dei deferunt creature, et relicto domino conseruos adorant, quasi sit aliquid plus quod seruetur deo, Nam et ideo ad regem per tribunos et comites itur : quia homo vtique est rex et nescit quibus debeat rempublicam credere, ad deum autem (quem vtique nichil latet, omnium enim merita nouit) promerendum suffragatore non est opus, sed mente deuota, Vbicunque enim talis locutus fuerit ei respondebit illi, et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis 30 35

[28 b] Criminis rei habentur qui cum possunt malum
et proximi iniuriam prohibere et non prohibent

¶ Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses Si dixeris vires non suppetunt, Qui scrutator est omnium ipse intelligit, et seruatore[m] anime tue nichil fallit, reddetque homini iuxta opera sua, Prouerbio-
rum .24.

¶ Qui viderit fratrem suum necessitatem patientem, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo .i. Joannis.
3.

Ideo diuus Augustinus refert peccatum principum crucifigentium Christum in plebem tacite consentientem, et non repugnantem pessimis eorum conatibus, neque fuisset ibi quicquam potestati deferendum, cum illa sit in edificacionem non in destructionem data, v[e]neranda quidem potestas si edificat, abhominanda autem si destruit, Nam et diuus Hieronymus ostendit his verbis
rusticitatem nocere, Sancta quippe rusticitas, quantum ecclesiam
dei edificat vite merito tantum nocet, si destruentibus eam non
resistit Hinc Ambrosius simul et Gregorius, volunt non carere
scrupulo societatis occulto, qui manifesto sceleri desinit obuiare

[Blad 29 a ubeskrevet]

[29 b] Sequentia carmina excerpta sunt ex quodam
vetusto codice bibliothecae Sorensis, que tametsi non videantur
omnibus numeris absoluta sunt tamen (proch dolor) verissima.

Rhoma tacet simonia placet decreta silesunt,

Deposuit clauas Petrus et arma tenet,

Sedis apostolice maiestas eris amore,

fallitur et leges dictat in orbe nouas,

Sat noua decreta si dantur noua dona,

Si nichil accipiet iura priora tenet,

Sedes auaricie venalis curia Rhome,

Jura potestatis vertit in arma necis,

Percutit interimit et non venalia vendit,

Ergo domus Petri non erit archa dei,

Sed iam latronum dicetur iure spelunca,

In qua mammonaeas ambit auarus opes,

Atque tot viciis obnoxia Roma teneris,

Seductrix orbis non bona mater eris,

Prebes exemplum multis ad crimen agendum,
 Et fit de speculo pessima larua tuo,
 Fallis grammaticos nusquam sinis esse peritos,
 Fallis pontifices iusticieque duces,
 Fallis discipulos fidei legisque magistros, 5
 Regibus et monachis scandala multa facis,
 Mundi mater eras nunc incipis esse nouerca,
 Namque furens hominum decipis omne genus,
 Ambicio regnat non est qui munera spernat,
 Mors habet in titulis omnia regna suis. 10

[Blad 30-32 ubeskrevne]

[33 a] De animabus post separationem a corpore sic loquuntur quidam sancti

Ambrosius in libro de Cain et Abel, capite 2° sic ait Soluitur corpore anima, et post finem vite huius, adhuc tamen futuri iudicij ambiguo suspenditur Idem de bono mortis libro 2° ca: 10. 15
 De anima (inquit) sic dicit propheta, Anima mea in manibus tuis semper Semper (inquit) non in tempore, Et tu commenda animam tuam in manus domini: non solum cum recedit e corpore, sed etiam cum est in corpore, est in manibus domini, quia non vides eam vnde veniat aut quo vadat, Et infra eodem: ca: Denique et 20
 .4. Esdre .7. scriptura habitacula illa (de quibus in Esdra est mentio) animarum promptuaria nuncupavit, que occurrens querele humane (eo quod iusti qui precesserunt videantur vsque ad iudicii diem per plurimum scilicet temporis debita sibi fraudari remuneratione mirabiliter) ait corone esse similem iudicii diem, in quo sicut nouis- 25
 simorum sic non priorum velocitas Corone enim dies expectatur ab omnibus, vt intra eum diem, et victi erubescant, et victores palmam adipiscantur victorie

Similem pene sententiam habet idem Ambrosius in libro de fide resurrectionis capite 3°. 30

Crysostomus homilia in Mattheum .29. postquam locutus est de animabus sanctorum et anima diuitis Sic infert quo ex loco scripture etiam illud aperte p[re]t[er]tet, quod post exitum a corpore, in locum quendam certum anime deducuntur vnde redire sponte sua non possunt, sed terribilem illum iudicij diem ibi expectant 35

[Blad 33 b ubeskrevet]

[34 a] De multiplici sensu scripture

Sensus litteralis est ille qui a deo intenditur et per voces in littera contentas significatur Et sic sensus hystoricus non solum est litteralis, verumetiam sensus propheticus et apostolicus per voces
5 in littera contentas significatus

Sensus igitur litteralis docet quid gestum sit, et que fuerit voluntas et intentio per voces signata in littera contentas, vnde ab hoc sensu secundum Augustinum tantum sumitur efficax argumentum

10 Allegoricus sensus docet ea que ad fidei pertinent synceritatem per quam homo iniciatur ad vitam

Anagogicus sensus docet ea que speranda sunt, per que homo promouetur a terrenis ad desyderium eternorum

15 Tropologicus sensus docet ea que agenda sunt, per voluntatem charitate formatam, Charitas autem est illa, que omissis terrenis, hominem celestibus facit inherere

Littera gesta docet, quid credas allegoria

Tropologia quid agas, quid speres anagogia

Versus de his sensibus

[Blad 34 b ubeskrevet]

20 [35 a] Quod vulgata editio noui testamenti qua vtimur non sit Hieronymi · ex subiectis liquet locis quos Hieronymus ipse in suis commentariis taxat neque verisimile est, quod seipsum criminatur

Primo, epistolam ad Galathas xix locis arguit

	¶ Vulgata editio	¶ Faber	¶ Erasmus	
25	Continuo non acquieui carni et sa[n]guini.	Non confestim contuli carni et sa[n]guini	Continuo non contuli cum carne et sanguine	ca. 1.
	Et contuli cum illis euangelium quod	Et obtuli eis euangelium quod predico	Et contuli cum illis euangelium quod	ca. 2.
30	predico in gentibus. Quibus neque ad ho-	in gentibus Quibus ne ad horam	predico inter gentes. Quibus ne ad tem-	ca. 2.

	Vulgata editio	Faber	Erasmus	
	ram cessimus subiectioni: correctum est.	quidem cessimus subiectione.	pusquidemcessimus per subiectionem.	
ca. 2.	Sed propter subintroductos falsos fratres.	Propterquidem subintroductos falsos fratres.	Propter obiter ingressos falsos fratres.	5
ca. 2.	[35 b] Michi autem qui videbantur esse aliquid nichil contulerunt	Michi certe qui estimantur nichil contulerunt	Nam michi qui videbantur esse in precio nichil contulerunt	
ca. 3.	Quis vos fascinavit non obedire veritati	Quis vobis inuidit, non suaderi veritate.	Quis vos fascinavit vt non crederetis veritati	10
ca. 4.	Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis	Timeo vobis ne aliquo modo frustra laborauerim in vobis	Metuo de vobis ne frustra laborauerim erga vos.	15
eo.	Quoniam confundor in vobis	Quod indigeo esse in vobis.	Quoniam inopiam patior in vobis	
ca. 5.	Euacuati estis a Christo	Soluti estis a Christo.	Christus vobis factus est otiosus	20
eo.	Persuasio hec non est ex eo qui vocat vos.	Suasio non fuit ex eo qui vocat vos.	Nempe persuasio non ex eo profecta qui vocat vos.	
eo.	Modicum fermentum totam massam corrumpit	Modicum fermentum totam massam fermentat	Paulum fermenti totam massam fermentat	25
eo.	Ergo euacuatum est scandalum crucis.	Ergo sublatum est scandalum crucis	Abolitum est igitur offendiculum crucis.	
eo.	[36 a] Tantum ne libertatem detis in occasionem carnis	Solum ne libertatem in occasione detis carni	Tantum ne libertatem in occasione detis carni	30
eo.	Fornicatio immundicia, impudicitia luxuria	Adulterium, fornicatio, immundicia impudicitia	Adulterium, scortatio, immundicia lasciuia	
eo.	Qui autem Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis	Qui autem sunt Christi carnem crucifixerunt cum affectibus	Qui vero sunt Christi carnem crucifixerunt cum affectibus	35

	Vulgata editio	Faber	Erasmus	
	Non efficiamur in- anis glorie cupidi Vos qui spirituales estis huiusmodi in- struite	Non efficiamur in- anis glorie cupidi. Vos qui spirituales estis reparate eum qui talis est	Ne efficiamur inanis glorie cupidi Vos qui spirituales estis instaurate hu- iusmodi	eo. ca. 6.
5	Nam si quis existi- mat aliquid esse cum nichil sit ipse se se- ducit	Si enim existimat quispiam se aliquid esse cum nichil sit seipsum mente deci- pit	Nam si quis sibi vi- detur aliquid esse, cum nichil sit, suum ipse fallit animum	eo.
10	De cetero nemo mi- chi molestus sit	Deinceps nullus mi- chi labores afferat.	De cetero nequis mi- chi labores exhibeat	eo.

[36 b] Ex epistola ad Ephesios errores excepti in Vul-
gata edicione

	Vulgata edicio	Faber	Erasmus	
15	Sicut elegit nos in ipso ante constitui- onem mundi	Vtpote qui elegit nos in eo ante constitu- tionem mundi	Quemadmodum ele- git nos in ipso ante- quam iacerentur fundamenta mundi	ca. 1.
20	Secundum proposi- tum voluntatis sue In charitate qui pre- destinauit nos In qua gratificauit nos in dilecto filio	Secundum benepla- citur voluntatis sue. In dilectione qui pre- diffiniuit nos. In qua impleuit nos gracia in dilecto.	Iuxta beneplacitum voluntatis sue Per charitatem qui predestinauit nos Qua charos reddidit nos per dilectum	eo. eo. eo.
25	Ut notum faceret no- bis sacramentum vo- luntatis sue. Instaurate omnia in	Cum nobis patefecit archanum voluntatis sue. Ad omnia summatim in Christo colligenda	Patefacto nobis ar- chano voluntatis sue. Vt summatim in- stauraret omnia per Christum.	eo. eo.
30	Christo Qui ante speraui- mus in Christo	Qui priores speraui- mus in Christo	Qui priores speraui- mus in Christo.	eo.

	Vulgata editio	Faber	Erasmus
eo.	Qui est pignus hereditatis nostre	Qui est arrabo hereditatis nostre	Qui est arrabo hereditatis nostre
eo.	[37 a] In redemptionem acquisitionis in laudem glorie eius, correctum	In redemptionem acquisitionis ad laudem glorie ipsius	In redemptionem acquire possessionis in laudem glorie ipsius 5
ca. 2. correctum	Facientes voluntatem carnis et desyderiorum	Facientes voluntates carnis et cogitationum	Facientes que carni ac menti libebant
2	Deus autem qui diues est in misericordia	Sed deus qui diues est in misericordia	Sed deus qui diues est in misericordia 10
eo.	In vno corpore deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso	In vno corpore per crucem · inimicitias interficiens in seipso	In vno corpore deo per crucem perempta inimicitia per eam 15
ca. 3.	Propter quod peto ne deficiatis	Quapropter peto vt non succumbatis	Quapropter postulo ne deficiatis
eo.	Huius rei gracia flecto genua mea ad patrem domini nostri Jesu Christi	Huius rei gracia flecto genua mea ad patrem domini nostri Jesu Christi	Huius rei gracia flecto genua mea ad patrem domini nostri Jesu Christi. 20
ca. 4.	Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie	Que nil pertese seipsas tradiderunt impudicitie	Vt dolere desierint semetipsos dederunt lasciuie. 25
eo.	Induite nouum hominem qui secundum deum creatus est.	Induaminj nouum hominem qui secundum deum creatus est	Et induere nouum hominem qui iuxta deum conditus est
eo.	[37 b] Sed si quis bonus ad edificationem fidei.	Sed si quis bonus est ad edificationis vtilitatem	Sed si quis est bonus ad edificationem 30
eo.	Estote inuicem benigni, misericordes donantes inuicem.	Estote autem inuicem dulces · misericordes condonantes vobis inuicem	Sitis autem inuicem alius in alium comes misericordes largientes vobis inuicem 35

	Vulgata editio	Faber	Erasmus	
	Sed magis graciaram actio	Sed potius graciosus sermo.	Sed magis graciaram actio.	.ca. 5. cor.
	Propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentie	Nam propter hec venit ira dei in filios dissuadentie.	Propter hec enim venire solet . ira dei in filios inobedientes	eo.
5	Et exurge a mortuis et illuminabit te Christus.	Et resurge ex mortuis et illuminabit te Christus.	Et surge a mortuis et illucescet tibi Christus	eo.
10	Mulieres viris suis subdite sint	Vxores propriis viris subiecte estote	Vxores propriis viris subdite sitis	eo.
	Sed educate illos in disciplina et correctione dominj	Sed educate illos in disciplina et admonitione dominj	Sed educetis eos per erudicionem et correctionem dominj.	.ca. 6.
15	Confortamini in domino et in potentia virtutis eius	Inualescite in domino et in potentia fortitudinis eius.	Sitis fortes per dominum perque potentiam roboris illius	eo.
	[38 a] Propterea accipite armaturam dei.	Quapropter assumite omnem armaturam dei.	Quapropter assumite vniuersam armaturam dei.	eo.

20 Loci epistole ad Titum a beato Hieronymo taxati.

	Vulgata editio	Faber	Erasmus	
	Tito dilecto filio secundum communem fidem.	Tito peculiari filio per communem fidem.	Tito germano filio iuxta communem fidem.	ca. 1.
25	Sed hospitalem benignum, prudentem sobrium	Sed hospitalem bonorum amatorem modestum	Sed hospitalem bonarum rerum studiosum sobrium	eo.
	Multi etiam inobedientes vaniloqui et seductores.	Nam sunt plerique etiam non subditi, vaniloqui et mentium seductores.	Sunt enim multi intractabiles et vaniloqui et mentium seductores.	eo.
30	Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes.	Quod senes vigiles sint, casti, modesti.	Senes vt sobrij sint graues modesti.	ca. 2.

	Vulgata editio	Faber	Erasmus
eo.	Anus similiter in habitu sancto	Anus identidem sint in statu sacre decentes.	Anus itidem vt in habitu sint qui religionem deceat.
eo.	Seruos dominis suis subditos esse	Serui propriis dominis in omnibus subditi sint	Seruos hortare vt suis dominis parent in omnibus illis placeant. 5
eo.	[38 b] Et mundaret sibi · populum acceptabilem.	Et emundaret sibi populum peculiarem	Et purificaret sibi ipsi populum peculiarem. 10
eo. cor.	Hec loquere et exhortare · et argue cum omni imperio	Hec loquere et exhortare et redargue omni cum imperio	Hec loquere et hortare et argue cum omni precipiendi studio
eo. cor.	Nemo te contemnat.	Nemo te contemnat.	Nemo te despiciat 15
.ca. 3.	Admone illos principibus et potestatibus subditos esse	Admone illos magistratibus et potestatibus subditos esse	Admoneto illos vt principatibus ac potestatibus subditi sint,
eo.	Hereticum hominem post vnam et 2 ^{am} correptionem deuita	Hereticum hominem post unam et 2 ^{am} admonicionem deuita	Sectarum auctorem 20 hominem post vnam et alteram admonicionem fuge

Loci epistole ad Philemonem a diuo Hiero · taxati

.a.	Philemoni dilecto adiutori nostro	Philemoni dilecto et cooperatori nostro.	Philemoni dilecto et 25 college nostro.
.a.	Vt communicacio fidei tue euidens fiat	Vt fidei tue communicacio efficax sit	Vt communicacio fidei tue efficax fiat.
.D.	Ita frater ego te fruar in domino.	Etiam frater ego te potiar in domino.	Etiam frater ego te fruar in domino 30

[39 a] Hec omnia in commentariis, sacer Hieronymus · aut capit aut dirigit : nunc latinum interpretem nunc Vulgatam taxans interpretacionem. Quod eo diligentius ostendimus quo publicus

error ratione traductionum · quibus passim vtimur inductus ab hominum mentibus · falso iam vulgari more persuasis, funditus auelleretur, neque vllas vltius haberet · falsa persuasio latebras · Et quamuis propositum nostrum fuerit hoc ostendere · de vsitata
 5 traductione · epistolarum beatissimi Pauli, quod et fecimus, dolentes tamen quod ita esset, et non potius traductionem Hieronymi haberemus : qui volet etiam eosdem commentarios sancti doctoris ecclesie Hieronymi diligenter aduertere · super hunc passum Et emundaret sibi populum acceptabilem · .ca: 2^o epistole ad Ti-
 10 tum (alios passus aliorum commentariorum eius in alios sancte scripture libros : quorum esset testis multiplex, et copia diues, breuitatis rationem habens relinquo) plane intelliget ex eodem · non modo epistolarum Pauli · sed nec euangeliorum traductionem qua nunc vtuntur ecclesie, esse Hieronymianam, Vnde magis
 15 dolendum est : tantos ac tam claros beatissimi viri et sanctissimi doctoris ecclesie labores, quos ipse ad publicam omnium, et piorum et studiosorum vtilitatem insumpserat periisse, si omnino et nobis et posteris [39 b] periire, Quod si ita sit, et quempiam de posteris Christus dominus lux vera, et sola vera et indeficiens
 20 illuminet ad ea restituenda, que nobis periire, olim restituta : non inuidia non maleuolentia, aliqua insecundus erit, Sed in eo (quisquis is demum fuerit) gracia Christi honoranda. Quem solum omnis honor decet omnis gloria et graciaram actio, in omnia, et super omnia, seculorum secula · Amen ·

25 **Excerpta ex commentariis beati Hieronymi quibus manifeste conuincitur Vulgatam editionem epistolarum Pauli qua nunc ecclesia vtitur non esse ipsius Hieronymi**

In primo enim commentariorum epistole Pauli ad Galathas
 30 libro, vbi in epistola .ca. 2. secundum Vulgatam editionem legitur Et contuli cum illis euangelium quod predico in gentibus. Sic inquit sacer Hieronymus Quod supra latinus interpres acquieui dixerat · in eo loco vbi scriptum est, continuo non acquieui carni et sanguini in presenti loco · contuli magisquam acquieui interpre-
 35 tatus est.

Et in primo commentariorum epistole ad Ephesios vbi in epistola ca. 1. legitur Qui est pignus hereditatis nostre [40 a] in redemptionem acquisitionis, Pignus (inquit diuus Hiero:) latinus interpres pro arrabone posuit, non idipsum autem arrabo quod pignus sonat. Ecce igitur quomodo latinum citat interpretem, non vt de se sed de alio loquens. 5

Et quamquam citare latinum interpretem solet nunquam quin ipsum reprehendat, et edicionem qua passim vtimur, quibusdam tamen in locis id facere cognoscitur apertius, Vt in 2^o commentariorum eiusdem epistole ad Galathas vbi capite [quinto] legimus 10 Euacuati estis a Christo. qui in lege iustificaminj, a gracia excidistis, Hic enim (ait sacer Hieronymus) non vt in latino, male interpretatum est, euacuati estis a Christo. Sed a Christi opere cessastis, magis intelligitur Et in 3^o commentariorum eiusdem epistole vbi paulo post eodem capite quinto, ita in vulgata editione legimus, Modicum fermentum totam massam corrumpit, Ait 15 idem Hieronymus male in nostris codicibus habetur Modicum fermentum totam massam corrumpit, et sensum potius interpret suum, quam verba apostoli transtulit, Et in epistola ad Titum vbi capite primo legimus Sed hospitalem benignum prudentem sobri- 20 um Ait rursus Hieronymus, latinus interpres verbi ambiguitate deceptus, pro pudico prudentem transtulit Ecce quomodo et interpretem et edicionem, aperte sugillat et arguit Quis igitur hanc dixerit, nisi mentis rationisque inops [40 b] Hieronymi esse translationem? numquid se ipse reprehendit et se aliter et inepte quidem, 25 cum probe in greco habeatur traduxisse dicit? Verum si quis accurate aspicere velit comperiet eum in tribus commentariorum libris, epistole ad Galathas latinum interpretem et nostram vulgata edicionem, notatam vnde vigesies, si etiam non plures, In primo commentariorum ad Ephesios Duodecies, In 2^o quinquies, In 30 3^o octies, In commentariis epistole ad Titum et Philemonem, frequenter Quare satisfactum puto sufficienter suspicionj eorum, qua nos damnassent quasi ausos ad translationem Hieronymj, nostram ex greco nouam adiecisse intelligentiam, et non solum adiecisse, sed et frequenter in examinationibus taxasse tanquam parum 35 iuste interpretatam

[43 a] Subiectis scripture testimoniis ostenditur fidei
virtus contra eos qui nimis operibus tribuunt

Gracia enim estis saluati per fidem et hoc non ex vobis Dei
enim donum est non ex operibus vt ne quis glorietur Ipsius enim
5 sumus factura : creati in Christo Jesu in operibus bonis, que pre-
parauit deus vt in illis ambulemus. Ad ephē .20.

Credidit Abraham deo et reputatum est illi ad iusticiam Ei au-
tem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam sed
secundum debitum, Ei vero qui non operatur Credenti autem in
10 eum qui iustificat impium reputatur fides eius ad iusticiam secun-
dum propositum gratie dei . Ad Roma-
nos .4^{to}.

Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt hij sunt filij Abrahe, pro-
uidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus prenun-
tiauit Abrahe, quia benedicentur in te omnes gentes . Igitur qui
15 ex fide sunt benedicentur cum fideli Abraham . Quicunque enim
ex operibus legis sunt sub maledicto sunt. Et infra. Quoniam au-
tem in lege nemo iustificatur apud deum manifestum est quia *iu-
stus ex fide viuit* Ad Gala .3.

[43 b] Nos enim spiritu ex fide spem iusticie expectamus . nam in
20 Christo Jesu neque circumcisio quicquam valet neque preputium
sed fides per dilectionem operans Abachuc 2^o
Ad Gala .v.

Non solum autem hoc Sed et Rebecca ex vno conceperat Isaac
patre nostro : nondum enim natis pueris, cum neque boni quic-
quam fecissent neque mali, vt secundum electionem propositum
25 dei maneret, Non ex operibus sed ex vocante dictum est . Maior
seruiet minori Sicut scriptum est Iacob dilexi, Esau autem odio
habui, Ad Ro .ix.

Quid igitur dicemus? Quod gentes que non sectabantur iusticiam,
apprehenderunt iusticiam, iusticiam autem eam que est ex fide
30 Contra Israhel qui sectabatur legem iusticie ad legem iusticie non
peruenit, propter quid? Quia non ex fide, sed tanquam ex operi-
bus legis ibidem

Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt
Nam ignorantes dei iusticiam, et propriam iusticiam querentes
35 constituere, iusticie dei non fuerunt subditi nam perfectio legis
Christus ad iustificationem omni credenti Ad Ro .x.
ibidem

Ceterum que ex fide est iusticia, ea sic loquitur Ne dixeris in
corde tuo quis ascendet in celum : illic multa vide . ibidem

- Joannis .6. d ¶ Hoc est opus dei vt credatis in eum quem misit ille .
- Luce .7. [44 a] Commendat dominus centurionis fidem dicens, Ne in Israel quidem tantam fidem inuenj
 ibidem Ad Magdalenam dixit Fides tua te saluam fecit vade cum pace .
- Luce .8. Dixit ad discipulos timentes obortam in mari tempestatem cum 5
 iam cessasset, Vbi est fides vestra?
 ibidem Ad mulierem que passa fuerat sanguinis profluuium Confide filia fides tua te seruauit vade cum pace .
- ibidem Ad patrem defuncte puelle, Noli timere crede tantum et salua erit,
- Luce 17 Dicunt apostoli domino Adauge nobis fidem, Dixit autem domi- 10
 nus si habueritis fidem sicut granum sinapis, dixissetis huic arbori sycamino, eradicare et transplantare in mare . et obedisset vobis.
- ibidem Ad decimum leprosum mundatum dixit dominus, Surge vade fides tua te seruauit,
- Luce 18 dicit Iesus Verum tamen filius hominis cum venerit an reperturus 15
 est fidem in terra,
 ibidem Dixit ceco, Quid tibi vis faciam At ille dixit domine vt visum recipiam Et Iesus dixit ei Recipito visum, fides tua te saluum reddidit, et confestim visum recepit,
- Romano- [44 b] Arbitramur hominem iustificari per fidem, absque operibus 20
 rum 3^o legis,
 ibidem Vbi igitur gloriatio, Exclusa est, per quam legem, Operum, Non, imo per legem fidei,
- Ad Roma- Iustificati igitur ex fide pacem habemus erga deum per dominum
 nos .v. nostrum Iesum Christum, per quem et contigit nobis ut fide per- 25
 duceremur in gratiam hanc,

[Resten af Siden tom, herefter udskaaret et Blad,
 Blad 45 ubeskrevet]

[46 a] Fidei virtus ex veteri testamento

- Gen. 15 b Credidit Abraham deo et reputatum est illi ad iusticiam
- Exodi 14 g Timuitque populus dominum, et crediderunt domino et Mosi seruo
 eius 30
1. Para : 5. c Exaudiuit eos dominus eo quod credidissent in eum,
2. Para . 16. c Quos cum domino credidisses tradidit in manu tua

- Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram et prebent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum
 Credite in domino deo vestro et securi eritis,
 Credite prophetis eius et cuncta euenient prospera .
 5 Crede deo et recuperabit te
 Qui timetis dominum credite et non euacuabitur merces vestra .
- ibidem
 2. Para : 20. d.
 Eccli 2 . b
 ibidem

[Resten af Blad 46 ubeskrevet]

[47 a]

De astrologis qui se matematicos vocant

Vnde dicitur Esaie xlvij : Defecisti in multitudine consiliorum tuorum : stent et saluent te augures celi,
 10 qui contemplantur sydera et supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi, Ecce facti sunt quasi stipula ignis combussit eos, non liberabunt animas suas de manu flamme, etc

In hoc locum sic dicit Hieronymus Isti igitur qui supputant
 15 menses annosque dinumerant et horarum momenta librantes futurorum scientiam pollicentur Dicant tibi quid dominus super te cogitauerit illisque tacentibus quid venturum sit propheta respondit, ecce facti sunt quasi stipula, ignis deuorauit eos, vt qui salutem aliis promittebant sua ignorabant supplicia

20 Vnde idem Hiero : In illud Hieremie x Hec dicit dominus Juxta vias gentium nolite discere, et a signis celi nolite metuere que gentes timent quia leges populorum vane sunt

Sic inquit Proprie aduersus eos loquitur qui venerantur celestia,
 25 et que in signa sunt posita annorum, temporum, mensium et dierum, ab his estimant regi humanum genus et ex causis celestium terrena moderari, Quodque ait leges sine legitima populorum vane sunt, omnem humanam sapientiam futilem esse demonstrat et nullam habere in se vtilitatem,

Hinc Ambrosius super 2^o capite ad Colossenses ait, Quod quidem omnem incredulum latet in Cristo omnem esse sapientiam et scientiam, quia non legunt in euangeliiis astrologiam, Non in apostolo geometrica, non in propheta arithmetica, nec musicam, que idcirco despecta sunt a nostris, quia ad salutem non pertinent, sed magis mittunt in errorem, et auocant a deo, vt dum his student raciocinacionum disputationibus curam anime sue non habent, Que enim tam vera sapientia est, nisi cognouisse quid prosit et despexisse quod obsit

[47 b] Quid sentiendum de astrologia diuinaria que et mathematica dicta est

Nulla fuit vnquam nocentior pestis que plures orbi calamitates inuexit, quam ipsa astrologia diuinaria, que libenter cupit videri scientia, si tamen possit geminam exuere stulticiam etiam si per eam ad furorem vsque insanant et stulti adolescentes et deliri senes Duplex est enim astrologorum error alter quod multa celo subiiciunt que inde non pendeant, alter quod que etiam efficit celum, inde tamen ab eis vt putant preuideri non possunt. Vnde celi dominator apud Job .ca. 38 . Numquid nosti ordinem celi et pones rationem eius in terra? Et infra Quis enarrabit celorum rationem? Atque ideo loquitur spiritussanctus per Hieremiam prophetam ca. 10 . dicens Iuxta vias gentium nolite discere et a signis celi noli metuere que gentes timent quia leges populorum vane sunt. Vnde Augustinus in libris confessionum de astrologis loquens quos christiana (inquit) et vera pietas expellit et damnat accirco Basilius occupatissimam dixit esse vanitatem . Ambrosius inutilem et impossibilem. Theodoretus a philosophis etiam confutatam. Chrysostomus vanam falsam ridiculam. Vnde Seuerianus in libro de septem artibus postquam de vera dixit astronomia Tum ea (inquit) que attinent ad preuidenda [48 a] futura ita debere nesciri vt nec scripta esse videantur . sunt enim fidei nostre sine dubitatione contraria Hec ille ad verbum. Hinc astrologus decreto Gregorii iunioris anathema pronuntiatur Et in concilio Toletano Si ipse presbyter aut diaconus fuerit in monasterium relegatur sceleris ibi penas perpetua detencione daturus Impium est ¶ itaque ne dicam stultum astrologorum prestigiis et imposturis homi-

nibus terrorem ac propemodum desperationem quamdam immittere : Quin et impiissimum fuit illum anathemate ferire, qui optimo zelo succensus nuper prestigiosam schedulam nescio que portenta minitantem abstulit ne plures quam par esset dementaret, cum non possit aut debeatur ferri excommunicationis sententia nisi contra eum qui capitale crimen admisit aut ter monitum, vt interim taceam sententiam esse nullam que sit lata a non suo iudice Sed neque potuit hec impostura esse bonus dolus inducendi homines ad penitentiam, cum expediat eos magis induci amore bonorum quam timore malorum, nam si de excommunicatione questio est ille magis fuerit excommunicandus qui affixit aut affigi iussit quam qui subtraxit Cum Augustinus super psalmis primo et sexagesimo predicans ad populum mathematicum produxit penitentem qui professioni [48 b] renuntiauerat non aliter quam si aut iudeus aut ethnicus aliquis regenerationis lauachrum accepisset, Idem quam pulchre (interpretans Joannem) insanie nostre nos admonet qui ad astrologos liberi intramus vt exeamus serui, et mendatiis emptis libertatem illis nostram erogamus, In libro vero de natura demonum ait expresse neminj licere post Christum genituram alicuius de celo interpretari. Hieronymus ex opprobriis Egypti hoc est reliquiis idololatrie esse ait, requirere stellarum cursus, et futurorum ex eis euenta rimari, Quod si hec non sufficiant, audiamus etiam quid leges ciuiles de astrologis sentiant, Nam quid illi de his impostoribus putauerint, nemo nescit qui legales Iustiniani codices legerit, in quibus ars mathematicorum (sic enim se vocabant astrologi) vt abhominabilis interdicitur, mandante imperatore, ne quis mathematicum consulat, Sed omnibus sileat perpetuo curiositas iudicandi Si quis autem mathematicum consuluerit capitis ei (quod est summum supplicium) pena denuntiatur quod profecto non statuisset sapientissimus imperator tot et sapientum usus et legibus et iudicio nisi non solum vite inutilem : sed perniciosam hominibus istam professionem experientia demonstrasset Ipse felicissimus Iustinianus ita hoc hominum genus horrebat, vt si quis in eius comitatu deprehenderetur mathematicus summis ad eculeum vsque tormentis temeritatis sue lueret penas

[Blad 49 ubeskrevet]

[50 a] Quod opera aliquid valeant (contra illos qui totum fidei et illi soli tribuunt) subscriptis auctoritatibus probatur .

- Ad Ro . 2 . Qui redditurus est vnique iuxta facta sua his quidem qui per-
seuerantes in benefaciendo gloriam honorem et immortalitatem 5
querunt, vitam eternam, iis vero qui sunt contentiosi et qui veri-
tati quidem non obtemperant, sed obtemperant iniusticie, ventura
est indignatio et ira et afflictio et anxietas aduersus omnem ani-
mam hominis operantis malum
- ibidem Non enim qui audiunt legem iusti sunt apud deum, sed qui legem 10
factis expriment iusti habebuntur.
- ibidem Nam circumcisio quidem prodest si legem seruaueris Quod si
transgressor legis fueris Circumcisio tua in preputium versa est.
- Actorum . x . Cornelius centurio vt habetur in actis . vidit angelum introeun- 15
tem ad se et dicentem sibi Orationes tue et eleemosyne tue as-
cenderunt in memoriam coram deo. Hic ergo vocari meruit ope-
ribus Si quidem orationes et eleemosyne opera sunt
- 2 Corinthi . Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi vt re-
5^{to}. ferat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum siue
malum, 20
- ij Corin .vi.B [50 b] Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros
vt non vituperetur ministerium nostrum in multa paciencia in tri-
bulationibus in necessitatibus in angustiis, in plagis in carceribus
in sedicionibus in laboribus in vigiliis in ieiuniis, in castitate etc.
- Ad Roma . 2 . Gloria vero et pax et honor omni operanti bonum Iudeo primum 25
et Greco
- Ad Hebreos Non enim iniustus est deus vt obliuiscatur operis vestri et laboris
: 6 : ex charitate suscepti, quam exhibuistis erga nomen illius qui mi-
nistrastis sanctis et ministratis

[Nederste Halvdel af Siden og Blad 51-53 a ubeskrevne]

[53 b] Subiectis locis enumerat Paulus peccata que a
vita excludunt eterna

- Repleti omni iniusticia Scortacione · Versutia auaritia malicia · Ad Roma
pleni inuidia, cede, contencione, dolo, malis prediti moribus, su- · primo .
5 surrones · obtrectatores. Dei osores contumeliosi, elati, gloriosi,
excogitatores malorum, parentibus immo[ri]geri, expertes intelli-
gentie pactorum haudquaquam tenaces, alieni a charitatis affectu
Inscii federis immisericordes Qui cum dei iusticiam nouerint,
nempe quod hij qui talia faciunt · digni sunt morte, non solum ea
10 faciunt verum etiam assentiuntur ijs qui faciunt ·
Ne erretis · neque scortatores neque cultores simulachrorum · 1 Corinthe .
neque adulteri neque molles neque qui concubunt masculis, ne- vi.
que fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rap-
aces, regni dei hereditatem accipient
- 15 Nunc autem scripsi vobis non commiseri Si is qui frater nomi- 1 . Corinthe
natur inter vos est fornicator aut auarus aut idolis seruiens aut 5^{to}.
maledicus, aut ebriosus aut rapax cum huiusmodi nec cibum su-
mere licet
- [54 a] Manifesta sunt autem opera carnis que sunt fornicatio : Ad Gala .v.
20 immundicia : impudicitia : luxuria : idolorum seruitus : veneficia
: inimicitie contentiones emulationes : ire : rixe : dissensiones :
secte : inuidie homicidia ebrietates comessationes et his similia :
que predico vobis sicut predixi : quoniam qui talia agunt : regnum
dei non consequentur
- 25 Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus Ad Ephe .v.
aut auarus quod est idolorum seruitus non habet hereditatem
in regno Christi et dei ·
Mortificate ergo membra vestra terrestria. Stuprum · immundici- Ad Colos-
ciam · molliciem : concupiscenciam malam et auariciam que est sences 3^o
30 simulachrorum cultus, ob que venire solet ira dei in filios intrac-
tabiles, et infra
Nunc autem deponite et vos omnia iram indignacionem malici-
am maledicentiam turpiloquentiam ab ore vestro ne mentiamini
alius aduersus alium

Prime ad Thi . primo Scimus autem quod bona sit lex si quis ea legitime vtatur, sciens illud, quoniam iusto non est lex posita. Sed iniustus et inobsequentibus impiis et [54 b] peccatoribus, irreuerentibus et prophanis, patricidis et matricidis, homicidis, scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagariis, mendacibus, periuris, et si quid aliud est, 5 quod sane doctrine aduersatur secundum euangelium glorie beati dei

[Resten af Siden og Blad 55-56 a ubeskrevne]


[56 b]

Om-nes principes e - o - rum qui di - xe - runt here-
 di - ta-te possideamus sanctu - a - rium de - i, Deus
 meus pone illos vt rotam et sicut stipulam
 ante faciem venti Sicut ignis qui comburit 10
 syluam et sicut flamma comburens montes , Ita
 perse - queris illos in tempe - state tua et in
 ira tua turbabis illos Imple facies eorum
 ignomi - nia et querent nomen tuum domine,


Optegnelsesbog

195

[57 a]




Eru - bescant et conturbentur in seculum



se - culi et confundantur et pereant:




Vt cognoscant quia nomen tibi dominus tu




solus altis - simus super omnem ter - ram.

[Resten af Blad 57 ubeskrevet]


[58 a]



5 maligni Et infatua consilium eorum qui




aduersum nos ma - la cogitant Quia in volun - ta - te tua



do-mi-ne omnia sunt posita et non est qui possit resiste-




re vo - lunta - ti tue Tu enim fecisti omnia . celum



et terram et [vniuersa que celi ambitu continentur

[58 b]



10 Dominus] u - ni - der - so - rum tu es.

Versiculus ¶ Peccaumus cum patribus nostris
 Responsorium : Iniuste egimus iniquitatem fecimus .

Oratio

Domine deus omnipotens iuste et misericors, qui per filium
 tuum dominum nostrum Iesum Christum pacem cum hominibus 5
 firmasti, quique colla superbiorum propria virtute semper humili-
 liasti, Respice quesumus oculis misericordie tue tribulationes ec-
 clesie tue sancte, et super nos famulos tuos cunctosque fideles,
 qui peccatis nostris iram tuam meruimus, et presta in nobis gra-
 tiam tuam, vt aduersa queque forti animo sustinentes, liberati 10
 mox ab iis malis omnibus, in tua iugiter pace et laude letemur
 per eundem Christum dominum nostrum

[59 a]

Pa - nem ange - lo - rum mandu - cauit An - thonius
 dum ad tu - gu - ri - um Pauli primi heremite
 lupam sequens di - uer - tisset Coruus enim 15
 nu - tu dei panem tulit in - te - grum quem
 per an - nos sex - a - gin - ta tu - le - rat
 di - - - - - mi - dium.

Versus Ey - a inquit Paulus sumamus [Militibus
suis Christus dup] - li - ca - uit annonam

[59 b næsten tomt, nederst:]

Paule serue dej memento mei peccatoris
christiani tui famulicij tui mancipij

[60 a tomt]

- 5 [60 b] O stercke Gud ij himmelin boor
 thu pleier een herre wære
 oc sidher offuer alle engle koor
 wore synder wille thu nw bære,
 10 mijne øijen løffter ieg till teg,
 saa saare mwne meg lange
 om thu wilt naadelige ansee meg,
 for ieg haffuer synderne mange.

- 15 Corde natus ex parentis
 ante mundi exordium
 alpha et o cognominacionis
 ipse fons et clausula
 omnium que sunt fuere
 queque post futura sunt
 seculorum seculis.

- 20 O beatus partus ille
 virgo cum puerpera
 edidit nostram salutem
 feta sancto spiritu
 et puer redemptor orbis,
 25 os sacratum protulit
 seculorum seculis

Optegnelsesbog

Psallat altitudo celi
 psallant omnes angeli
 quidquid est virtutis vsquam
 psallat in laudem dei,
 nulla linguarum silescat, 5
 vox et omnis consonet
 seculorum seculis.

Te senes et te iuuentus
 paruulorum te chorus 10
 turba matrum virginumque
 simplices puellule
 voce concordēs pudicis
 perstreperēt consentibus
 [seculorum seculis.]

Ecce quam vates vetu[stis] 15
 concinebant] seculis
 quam prophetarum fideles
 [pagine spoponderant]
 emicat prom[issus olim,
 cuncta collaudent] deum 20
 se[culorum seculis].

[61 a] Tibi Christe sit cum patre
 agyoque spiritu
 hĳmni melos laus perhennis
 graciaram actio 25
 honor virtus victoria
 regnum eternaliter
 seculorum seculis.

[Resten af Blad 61 og Blad 62 a ubeskrevet]

[62 b] Scotica Cantio

Ẏth was twe mwsis bijghet in twe hwsis
 hærckin an gj szell hÿr , Een dat was en
 fÿld mws, de toder was een hwss mwss, bijghet
 amang sther wallis off stoon

EGENHÆNDIGE TILSKRIFTER
AF
PAULUS HELIE
I
TRYKTE BØGER FRA HANS
BIBLIOTEK

Danorum Regum heroumque Historie
a Saxone Grammatico conscripte.

Parisiis

(Jodocus Badius Ascensius)

1514

Paa Titelbladet mellem Titlen og Kongebilledet, til dels udraderet:

[?Possessor libri] paulus HELYE

•

Paa sidste Side under Kolofonen:

P HELYE *med en Signatur foran*

derefter:

Anno dominj mdxv dominica proxima ante festum
assumpcionis virginis Marie Celebrate sunt nuptie
Serenissimj ac Jnuictissimj Danorum regis Christi-
ernj Secundi et Spetiosissimę natę Philippi regis Hy-
spanie nobilissimj atque Burgidionum ducis Ysabelle
neptisque imperatoris Maximilianj victoriosissimj

Quo anno in die visitacionis oppetiit mortem pre-
stantissimus Magister noster Martinus Petri quon-
dam prior Assensis Cuius anima in Christi pace re-
quiescat.

Prima pars operum sancti Ambrosii
episcopi Mediolanensis. Basilee. 1516. Fol.

Paa Bindets Forside:

prima pars operum beati Ambrosij

Fol. 3 D (Offic. I, 5)

Si enim taceas, dicetur. Ille conu-
nitiatus est huic: contempsit iste.
Si referas contumeliam, dicetur:
Ambo conuitiati sunt.

Qui tacet vincit conuici-
atorem

Fol. 5 A (Offic. I, 11)

*(Til Fortællingen om den rige Yng-
ling, Matth. 19)*

Vide hic quomodo deca-
logi preceptis aliquid de-
est que et media vocat
diuus Ambrosius.

Fol. 7 C (Offic. I, 18)

*(Om to unge Mænd, som Ambro-
sius har undladt at forfremme paa
Grund af deres Mangel paa Hø-
viskhed)*

Ecce quantum diuus Am-
brosius vltus sit lasciui-
ores gestus in incessu du-
orum clericorum, imo al-
ter non fuit receptus ad
clericatum ob eam cau-
sam

Fol. 11 B (Offic. I, 27).

*(Om Tapperhed og Fædrelands-
forsvar)*

Quale bellum videtur iu-
stum

Fol. 29 C (Offic. II, 28).

Aurum ecclesia habet: non ut
seruet sed ut eroget: ut subue-
niat in necessitatibus

Hic vide quare ecclesia
aurum habet.

Fol. 108 E (De Cain et Abel I, 7).

Ne dicas in corde tuo: virtus
mea et potentia mea fecit mihi
virtutem hanc magnam: sed in
mente tua habebis dominum

Nemo glorietur de sua
virtute sed quisque poti-
us sese agnoscat.

deum tuum : quoniam ipse dat vires vt facias virtutes.

Fol. 112 B (De Cain et Abel II, 2).

Soluitur corpore anima et post finem vite huius : adhuc tamen futuri iudicij ambiguo suspenditur

(Understreget og skrevet op i øverste Bladrand).

Fol. 172 D (De Iacob et vita beata II, 2).

Et fortasse illud est : quod non operibus iustificamur, sed fide :

Ex fide iustificatio non ex operibus

Fol. 236 D (De sacramentis IV, 5).

Vis scire quibus verbis celestibus consecratur [Corpus dominicum et sanguis]. Accipe que sunt verba. Dicit sacerdos : Fac nobis (inquit) hanc oblationem ascriptam, rationabilem, acceptabilem : Quid est figura corporis et sanguinis domini nostri Jesu Christi. Qui pridie quam pateretur (*derefter Nadverens Indstiftelsesord i lidt udvidet Form*).

Quibus verbis videtur eucharistiam consecrassedi
dius Ambrosius

Fol. 239 C (De sacramentis VI, 5).

Prima ergo oratio laudem debet habere dei : Secunda supplicationem : Tertia postulationem : Quarta gratiarum actionem.

Qualis debet esse deuoti oratoris deprecatio.

Secunda pars operum sancti Ambrosii
episcopi Mediolanensis. Basileæ. 1516. Fol.

Paa Bindets Forside:

[Secund]a pars operum beati Ambrosij.

Øverst paa Titelsiden:

Liber fratris Pauli Helie carmelite quem emit duo-
bus aureis anno domini 1523

Fol. 113 E (In euang. Luce V, 7).

Prophetavit quidem lex in Ex-
odo, baptismatis gratiam per nu-
bem et mare : spiritalem in agno
prenunciauit escam : fontem
perennem designauit in petra :
remissionem peccatorum in Le-
uitico reuelauit : regnum celo-
rum annunciauit in psalmis :
terram repromissionis in Jesu
Naue manifestissime declarauit

Fol. 160 D (Expositio ep. ad
Rom. I).

Postquam autem creditit : ex
Saulo Paulum se dicit : hoc est :
immutatum. Et quia Saulus . . .
inquietudo seu tentatio interpre-
tatur : hic cum ad fidem Chri-
sti accessit, Paulum se dicit,
idest quasi ex tentatore factum
quietum humilemque vel par-
uulum :

Ibidem.

Dauid dicit : Quia dominus ipse
est : quod hereses negant. Mar-
cioni enim videtur odio legis,

*Understreget og i Randen
skrevet:*

Figura baptismj et remis-
sionis peccatorum

Paulus sonat grecis qui-
etum, latinis pusillum
Saul etiam sonat postu-
latum

Christum et corpus ei negare :
Jesum profiteri : Judeis autem
et Fotino propter celum legis,
Jesum negare quod deus sit.

Martion }
Fotinus } differunt

Fol. 161 D (Expositio ep. ad
Rom. II).

et non locus orationem com-
mendat, sed deuotus animus.

Understreget, og i Randen:
Locus non commendat
orationem

Fol. 161 F (Expositio ep. ad
Rom. II).

quia deus consulens infirmitati
humane : sola fide addita legi
naturali, hominum genus sal-
uari decreuit

Understreget, og i Randen:
Sola fide voluit deus ho-
minum genus saluare

Fol. 171 E (Expositio ep. ad
Rom. XIII).

Postquam autem a concordia
animis dissidentibus et hereticis
perturbantibus torqueri questi-
ones ceperunt : multa immu-
tata sunt ad sensum humanum :
vt hoc contineretur in litteris
quid homini videretur. Vnde et
ipsi greci diuersos codices ha-
bent.

Indicat hoc loco beatus
Ambrosius etiam greco-
rum codices fuisse vicia-
tos

Fol. 253 C (Expositio ep. ad
Coloss. II, 16).

Quia non legunt in euangelijs
astrologiam : non in apostolo
geometrica, non in propheta
arithmeticam, nec musicam :
quæ idcirco despecta sunt a
nostris : quia ad salutem non
pertinent : sed magis mittunt in
errorem, et auocant a deo.

Manifesta in mathemati-
cos criminationis nota

Jacobi Fabri Stapulensis Commentaria in epistolas S. Pauli. Parisiis. 1512. Fol.

Øverst paa Titelsiden:

Liber [fratris Pauli] Helie — — —

Fol. I har *P. H.* i *Bladranden* over, omkring og under den trykte *Tekst* afskrevet *Erasmus' latinske Oversættelse af Romerbrevets første Kapitel.*

Fol. 71 b (Præfatio I, 1).

Verum id prius attendamus, quod cum dicit Paulus, non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur : non intelligendum quemquam ex operibus iustificari posse · neque enim dicit Paulus factores legis iustificatur, sed iustificabuntur · non enim opera iustificatur quemquam : sed opera si bona sunt, preparant ad dei iustificationem suscipiendam ·

Fol. 72 b (In ep. ad Rom. I).
si in litera circuncisionis et non in spiritu ambulant.

Fol. 84 a (In ep. ad Rom. VII, 5).
Cum enim essemus in carne : affectus peccatorum qui per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti.

Operibus nemo iusti[fic]-
atur sed opera ad [iu]sti-
ficationem preparant . hic
sentit auctor . . . Luthe-
rum qui . . . iustificatum
primum . . . facere.

[Quid] spiritus et quid
[litera] . . .

Sacer Ambros . . . Ille dicitur esse in carne qui aliqui[d] sequitur quod lege prohi[betur] Igitur in carne esse multipharie intelligitur, nam omnis incredulus in car[ne est] id est carnalis, et chri[stianus] sub lege viuens in carne est. et qui de hominibus aliqui d[icitur] spe[rat] in carne est et qui male intelligit Christum in carne est et [si] quis christianus [lux]uriosam habet vitam in carne est.

Fol. 95 b (In ep. ad Rom. XI).
Et vtinam Hieronymus . . . nunquam consulisset Iudeos, qui nituntur fidei abrogationem inducere, auctoritatem imminuere, et spiritum extinguere.

Fol. 118 b (In ep. I ad Cor. VIII).
Dicimus apud Paulum qui gratiæ dei tribuit omnia : ferme prophanum esse loqui de merito operum, maxime erga deum.

Ibid.
de merito autem operum : humanum est aut etiam secundum beatum Augustinum superbum.

Fol. 127 a (In ep. I ad Cor. XIII, 1).
Nullus miretur, si nunc prophetæ non sunt, si linguæ non sunt etc.

Fol. 135 a (In ep. I ad Cor. XVI).
Et Christiani septimanas habent . . . Debent itaque nominari dies : dominica, secunda septimanæ, tertia septimanæ etc.

Fol. 165 a (In ep. ad Eph. I).
Nam gratia eius per fidem saluati simus : non saluati ex nobis neque ex operibus nostris, sed dei gratia

Hieronymus Iudeos
[con]sulens forte magis
[de]ceptus quam adiutus
est [quia] illis magis cura
ob[scu]randj euangelij
quam illus[tra]ndi fuit
semper

[N]ota . in eos qui [super]sticiose aliquid [boni]s operibus tribuunt

. . . ci superbe oper . . .
[di]gnifican[tur]

Multa conuersion[i] ad
fidem necessaria qu[e]
modo necessaria non
sun[t]

Qualiter debent [dies]
septimanarum appellari

Nunquam esse operibus
gloriandum

Fol. 192 b (In ep. I ad Thess. IV).
(Ved at afholde os fra Synd) modo
 nos disponamus ad illos diuinos
 motus excipiendos.

Nobis est preparatio [ad]
 excipiendos diuinos
 [m]otus

Fol. 213 a (In ep. I ad Tim. VI,
 3-4).

Optimum sane est : in sacra-
 rum literarum doctrina se con-
 tinere, . . . sunt enim multa verba
 in scripturis diuinis : quæ pos-
 sunt trahi ad eum sensum, quem
 sibi vnusquisque sponte præ-
 sumpsit

Hic vide quomodo
 [scrip]tura trahitur a
 . . . niendis affectib[us]
 nostris

Fol. 234 a (In ep. ad Hebr. II).
 Ideo in Christo mediatore mul-
 tum speremus : vt illum multum
 amemus . hæc spes, etsi cætere
 desint : saluat omnes . cætere
 autem si assunt, et hec desit :
 saluare non possunt. Cæteras
 autem voco : quæ patronorum,
 et erga patronos spes sunt . imo
 si assunt, etiam si hæc non de-
 sit : eam tamen imminuunt . spes
 enim diuisa : minor est . et amor
 diuisus : minor.

Spes et fiducia et patro-
 n[at]us sanctorum immi-
 nuit fiduciam in Christum
 • nota •

Flauii Iosephi Opera latine interpretata,
Ruffino presbytero interprete.
Basileæ. 1524. Fol.

Øverst paa Titelsiden (overstreget):

Liber fratris Pauli Helie carmelite, emptus anno
dominj mdxxxi · duobus aureis nummis

Scholia marginalia

til

TEXTVS OMNIVM

Epistolarum beatissimi Pauli apostoli
versionis Erasmi Roterodami

Roschildie mdxxxiiij

[60 b] Argumentum in
ep. ad Gal . per Erasmus
Roterod .

Ostendit Christianam libertatem non esse peccandi licentiam, sed vtroneam functionem officiorum pietatis, que charitate dictante, non lege iubente prestantur

Hic vide lector quid sit Christiana libertas. Quidue Christiane libertatis officium.

10 [66 a] Ep. ad Galatas

V. ⁵ Nos enim spiritu ex fide spem iustitie expectamus, ⁶ nam in Christo Iesu, neque circumcisio quicquam valet, neque preputium, sed fides per dilectionem operans. ⁷ Currebatis bene, quis vos impediuit, vt non crederetis veritati?

Igitur non sola fides ad salutem sufficit nec queuis etiam fides, sed ea tantum que charitatem (bonorum operum effectricem) comitem habet.

V. ¹³ Vos enim in libertatem vocati fuistis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carni, sed per charitatem seruite vobis inuicem.

Nam libertas vere christiana non est licentia vite, aut peccandi arbitrium, Sed spontanea functio bonorum operum, charitate impellente, non lege cogente.

V. ¹⁷ Nam caro concupiscit [66b] aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hec autem inter se mutuo aduersantur, vt non quecunque volueritis, eadem faciatis.

Periculosa res, excludere spiritum dei, peccandi consuetudine Vnde fit vt voluntas rationis, a voluntate sensualitatis frequenter superata, non prestet ea que prestanda iudicat.

V.²² Contra, fructus spiritus est, charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia.

[67 a] VI.⁷ Ne erretis, deus non irridetur.⁸ Quicquid enim seminaverit homo, hoc et metet.

[68 a]

Ep. ad Ephesios

Argumentum Erasmi

Nec enim est vlla epistola, que tam abditos habeat sensus, vt ob hanc potissimum Petrus scripsisse videatur, sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut in omnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quedam difficulta intellectu, que indocti et instabiles deprauant, sicut et ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

[71 b] IV.¹¹ Et idem dedit, alios quidem apostolos, alios vero prophetas, alios autem euangelistas, alios autem pastores ac doctores . . .

IV.¹⁴ vt non amplius [72 a] simus pueri, qui fluctuemus et circumferamur quouis vento doctrine per versutiam hominum, per astutiam, qua nos adoriuntur vt imponant nobis . . .

His dotibus spiritussancti (que nos eterna vita dignos reddunt) nobis incumbendum est, ne carnis vitijs seruientes, excludamur ab hereditate regni dei. 5

Iste locus aperte meminit premiorum bonorum et malorum, contra illorum impiam sententiam, qui negant apud deum vllum esse meritorem respectum. 10

Hac sententia b. Petrus (tanquam futurorum prescius) palam arguit huius seculi temeritatem, que Pauli epistolas putat intellectu tam faciles, vt nedum ab eruditis clericis verumetiam ab indoctis laicis facile intelligantur. 15
20

Hic locus ostendit iuxta diuersitatem donorum dei, aperte in ecclesia Christi distinctos esse officiorum et dignitatum gradus Contra illorum sententiam, qui ordinem publicum confundunt. 25
30

Verbosas hereticorum doctrinas et fraudulentas ad seducendum persuasiones, ventos vocat, quod instabiles et nutabunde sint. 35

[72 b] IV.²⁰ Omnis sermo spurcus ex ore vestro ne procedat, sed si quis est bonus ad edificationem, quoties opus est, vt det
5 gratiam audientibus,³⁰ et ne contristetis spiritum sanctum dei, per quem obsignati estis in diem redemptionis.

V. ¹⁵ Videte igitur quomodo
10 [73 b] circumspecte ambuletis, non vt insipientes, sed vt sapientes, redimentes occasionem, quod dies mali sint.

15 [74 a] VI.⁸ illud scientes quod vnusquisque quod fecerit boni, hoc reportabit a deo, siue seruus fuerit siue liber.

20

Si de omni verbo otioso est reddenda ratio (Mat. xij) multomagnis de sermone spurco, impudico, et maledico, Vt enim decet mundum habere cor, ita linguam oportet habere castam et pudicam.

Si circumspecte ambulandum est, hoc est viuendum, ergo ad salutem consequendam non satis est credere tantum, sed magnopere conducit facere voluntatem dei in bonis operibus, quibus promittitur regni dei hereditas.

Hic confunditur quorundam hereticorum impudentia, negantium Christianorum merita, quando Paulus dicit factores bonorum operum apud deum mercedem reportaturos.

[76 b]

Ep. ad Philippenses

I.²² Quod si contingat viuere in carne, ea res mihi fructus est
25 operis, et quid eligam ignoro.

30 [77a] II.² complete meum gaudium, vt similiter affecti sitis, eandem charitatem habentes, vnanimis, idem sentientes,³ ne quid fiat per contentionem aut
35 per inanem gloriam, sed per humilitatem animi,

Tametsi infidelium opera sint infructuosa quod fiant sine fide, Fidelium tamen opera maxime sunt fructuosa, adeoque premio digna, quod hic indicat Paulus cum dicit Vitam habere fructum operis.

Qui non similiter affecti eandem habentes charitatem, vnanimis et idem sentientes, frustra gloriantur se esse Christianos Qui contentioni seruiunt ac inani glorie student, alieni a modestia, non pertinent ad corpus Christi.

[79 a] III.¹³ Unum autem illud ago, ea quidem que a tergo sunt obliuiscens, ad ea vero que a fronte sunt enitens, iuxta prefixum signum insequor ad palmam superne vocationis dei, per Christum Iesum.

III.¹⁸ Nam complures ambulat, de quibus sepe dixi vobis, nunc autem et flens dico, inimici crucis Christi, quorum finis perditio est, quorum deus venter, et gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant.

[79 b] IV.¹ Proinde fratres mei dilecti ac desyderati, gaudium et corona mea sic state in domino dilecti.

Paulo adeo placet studium virtutum, vt hic gloriatur sese de virtute in virtutem procedere.

5

Inimicos crucis Christi vocat pseudochristianos qui refugientes persecutiones et afflictiones, 10 atque huius vite molestias, solas ventris delicias, otium, ac terrena commoda sectantur.

Sunt quidam huius seculi turbatores qui nullo sensu ferunt virginem matrem, dici vitam dulcedinem et spem nostram, et tamen Paulus hoc loco, orthodoxo sensu vocat Philippen- 20 ses gaudium et coronam suam.

Ep. ad Colossenses

[81 b] I.²¹ Et vos qui quondam eratis abalienati, et inimici mente in operibus malis, nunc tamen reconciliauit in corpore carnis sue per mortem, vt exhiberet vos sanctos et irreprehensibiles et inculpatis in conspectu suo.

[83 a] II.¹⁶ Ne quis igitur vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nouilunii, aut sabbatorum, que sunt vmbra rerum futurarum, corpus autem Christi.

Inutilis est igitur nobis reconciliatio per sanguinem crucis facta, si adhuc perseueramus in 25 malis operibus, nec sumus irreprehensibiles, nisi per penitentiam renouetur in nobis reconciliationis gratia.

Hec damnata Iudeorum supersticio nihil habet commune cum pio dierum et ciborum delectu apud Christianos, qui statis diebus abstinent a certis cibis et operibus nulla iusticie opinione 35 sed solo continentie et contemplationis amore.

[83 b] III. ⁵ Mortificate igitur membra vestra terrestria, sturp, immunditiam, mollitiem, concupiscentiam malam, et auaritiam, que est simulacrorum cultus, ⁶ ob que venire solet ira dei in filios intractabiles, ⁷ inter quos ambulabatis quondam, cum viueretis in his.

10 [84 a] III. ¹¹ vbi non est Grecus et Iudeus, circumcisio et preputium, barbarus, Scytha, seruus, liber, sed omnia in omnibus Christus.

15

[84 b] III. ²⁸ Et quicquid feceritis, ex animo facite tanquam domino, et non hominibus, scientes quod a domino recipietis mercedem hereditatis, nam domino Christo seruitis.

25 [85 a] IV. ¹² Salutat vos Ephras, qui ex vobis est seruus Christi, semper anxie laborans pro vobis in precationibus, vt stetis perfecti et completi in
30 omni voluntate dei.

Vt olim nihil profuit carne circumcidi, sine circumcissione cordis, ita iam in noua lege nihil prodest corpore baptisatum esse, si animus adhuc manet illotus, manet autem, quamdiu hec vitia regnant in nobis, que Paulus hic enumerat, idcirco iubet superna querere et superna curare non terrestria.

Paulus indicat hoc loco vt prius indicarat ad Galatas iij. in euangelica professione nulla esse nationum discrimina, quando Christus ex omnibus orbis populis vnum euangelium voluit esse.

Excludit hoc loco bonis operibus inanem gloriam, omnium virtutum pestem, quando vult vt omnia facientes studeamus non hominibus, sed in simplicitate cordis soli deo placere, Nam hoc est bonum opus ex animo facere.

Cum legimus precationes fieri pro Colossensibus, vt stent perfecti et completi in voluntate dei, Palam intelligimus esse incrementa et augmenta meritorum et gratiarum, que contingunt fiducia et studio bonorum operum.

[85 b] Ep. I ad Thessalonicenses

I.⁸ indesinenter memores vestri propter opus fidei ac laborem charitatis, et quod permansistis in spe domini nostri Jesu Christi, coram deo et patre nostro,

Frustra Paulus indesinenter oraret pro Thessalonicensibus, nobisque orandi pro aliis exemplum relinqueret, si nulla esset orationum efficacitas, earum scilicet, que pro aliis funduntur. 5

[86 a] I.⁶ Et vos imitatores nostri facti fuistis, et domini, recipientes sermonem cum afflictione multa, cum gaudio spiritus sancti, adeo ut fueritis exemplo omnibus credentibus in Macedonia, et Achaia.

Hoc laudabilior est fides credentium, quo maioribus fuerit attrita persecutionum procellis, cum gaudio spiritus sancti perpressis. 10

[86 b] II.⁵ Neque enim unquam per sermonem adulationis versati sumus, quemadmodum notis, nec per occasionem auaritie (deus est testis) ⁶neque querentes ex hominibus gloriam, nec a vobis, nec ab aliis, ⁷cum possemus in autoritate esse tanquam apostoli Christi, sed fuimus placidi in medio vestri

Paulus semper contentus placuisse vni deo nunquam ab hominibus gloriam quesivit, idcirco ut ubique alienus fuit ab adulatione, ita nunquam autoritatis supercilio tumebat. 15 20

[87 a] II.¹⁶ qui obsistunt nobis, ne loquamur gentibus, quo salui fiant, ut expleant sua peccata semper, peruenit autem in illos ira in finem.

Quando verbum dei per filium dei reuelatum, ac prophetas et apostolos predicatum, sic salutem offert, ut peccata destruat, igitur nulli magis verbo dei repugnant, quam qui peccandi consuetudine sunt indurati. 25 30

[88 a] III.¹² vos autem dominus abundantes et exuberantes faciet mutua inter vos charitate, et in omnes, quemadmodum et nos in vos, ¹³ut confirmet corda

Vt intelligamus, contententibus ad perfectam salutem non esse satis in minimis aut mediocribus consistere, optat Paulus Thessalonicensibus non quam-

vestra, irreprehensibilia in sanctimonia coram deo et patre nostro, in aduentu domini nostri Jesu Christi, cum omnibus sanctis eius.

5 [88 b] IV.⁸ Proinde qui reiicit, non reiicit hominem, sed deum, qui dedit spiritum suum sanctum in vos.

10 [89 a] V.⁵ Omnes vos filij lucis estis ac filij diei, non sumus noctis, neque tenebrarum.

20 [89 b] V.¹² Rogamus autem vos fratres, vt agnoscatis eos, qui laborant inter vos, et qui presunt vobis in domino et admonent vos, vt habeatis illos in summo pretio per charitatem propter opus illorum, pacem habete cum illis.

30 V.²² Ab omni spetie mala abstinet.

35

uis charitatem, sed summam et exuberantem, vt semper magis abundant.

Periculosum est igitur contemnere authoritatem illorum qui acti spiritu dei, multa et traderunt et docuerunt, ad vite honestatem et virtutum custodiam necessaria, nam qui huiusmodi reiicit non hominem sed deum reiicit.

Filij lucis et diei sunt, qui fide illuminati, et charitate feruidi, perdurant in innocentia vite, semper facientes opera dei, Filij vero noctis et tenebrarum sunt tantum nomine Christiani, reuera autem filij diaboli, in finem vsque illius opera facientes, que sunt opera noctis et tenebrarum,

Hoc sentit de predicatoribus et doctoribus fidei et verbi dei, quos conuenit esse in summo pretio, ac vitam agere in maxima pace et tranquillitate ob dignitatem officij quod administrant.

Hic docet abstinendum esse non solum a rebus per se malis, sed etiam ab his que vere mala non sunt, sed tamen spetiem mali habent, aut reuera, aut etiam alterius erronea conscientia, Cui non est ponendum offendiculum.

[90 b] Ep. II ad Thessalonicenses

I.⁵ documentum iusti iudicij dei, in hoc vt digni habeamini regno dei, pro quo et patimini.⁶ Siquidem iustum est apud deum, reddere ijs qui affligunt vos afflictionem, et vobis qui affligimini relaxationem nobiscum . . .

Quando Paulus dicit, in hoc vt digni habeamini regno dei, pro quo et patimini, palam intelligimus meritorum rationem, contra illos qui negant omne meritum, et ideo sequitur in Paulo, Siquidem iustum est apud deum, reddere ijs qui affligunt vos, afflictionem, et vobis qui affligimini relaxationem nobiscum. 5 10

[91 b] II.¹⁴ Itaque fratres state, et tenete institutiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram

Apparet hoc loco multa solo sermone ab apostolo tradita sine scriptura, que iam longo vsu fidelium, parem obtinuerunt cum sanctis scripturis auctoritatem, cuiusmodi sunt sacramentorum ritus, ac honeste et sobrie viuendi instituta. 15

[92 a] III.¹¹ Audiuimus enim quosdam versantes inter vos inordinate, nihil operis facientes, sed curiose agentes¹² His autem qui sunt istiusmodi, precipimus et obsecramus per dominum nostrum Jesum Christum, vt cum quiete operantes, suum ipsorum panem edant

Hic apostolus non precipit fidelibus vt panem lucrentur opere manuario aut arte sedentaria (vt quidam volunt) sed prohibet iners otium, et vanam curiositatem, que causam prestant inordinate viuendi, vt enim diuersa sunt membra, ita membrorum distincta opera, neque vna omnibus membris congruit operatio. 20 25 30

[93 a] Ep. I ad Timotheum

I.⁹ sciens illud, quod iusto lex non sit posita, sed iniustis et inobsequentibus, impijs et peccatoribus, irreuerentibus et profanis, patricidis, et matricidis,

Qui adhuc seruiunt huiusmodi crassis vicijs quamuis olim baptizati, omnibusque sacris Christiane religionis iniciati fuerint, adhuc sunt sub legis obligatione, 35

homicidis, scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, et si quid aliud est, quod sane doctrine aduersetur . . .

[94 a] II.¹ Adhortor igitur, vt ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus
10 hominibus,² pro regibus et omnibus in eminentia constitutis,

II.⁸ Uolo igitur orare viros in
15 omni loco, sustollentes puras manus absque ira et deceptione.

20

II.¹² Ceterum mulieri [94 b] docere non permitto, neque auctoritatem vsurpare in viros,
25 sed esse in silentio

III.¹ Indubitatus sermo. Si quis
30 episcopi munus appetit honestum opus desiderat. ² Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris maritum, vigilantem, sobrium, modestum &c.

quando fides ad salutem nullis prodest, nisi seruantibus innocentiam vite, et perseuerantibus in studio pietatis.

Cum ex multis locis epistolarum Pauli deprehenditur quanta sit efficacitas obsecrationum, tum precipue ex hoc loco, quo tam diligenter hortatur ad easdem vt ante omnia velit fieri deprecationes &c. etiam pro ethnicis principibus, nedum fidelibus.

Indicat non omnes orationes esse gratas deo et apud deum efficaces, Nam qui manus habent sanguine, rapina et iniquitate plenas frustra orant, et qui cor habent odio ira, ac malis cupiditatibus obsessum, etiam sine fructu orant,

Si mulieri Paulus non permittit auctoritatem docendi, nec vt alibi dicit potestatem loquendi in cetu virorum, multo minus permitteret eidem officium cantillandi in templis, ac vocibus et mobili guttore lasciuiendi,

Non hoc vult Paulus, vt oporteat episcopum esse maritum, sed hoc sentit vt si non contingat episcopus celebs (si tamen ceteris dotibus sit preditus) tunc is eligatur, qui vnica tantum habuerat vxorem, primum enim coniugium videtur soboli propagande datum, secundum vero vix caret suspitione incontinentie

[95 a] III.¹⁵ vt noris quomodo oporteat in domo dei versari, que est ecclesia dei viuientis, columna et stabilimentum veritatis

[95 b] IV.³ prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere a cibis, quos deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, et his qui cognouerunt veritatem, quod quicquid creauit deus, bonum sit, et nihil reiiciendum si cum gratiarum actione sumatur.

IV.⁸ Nam corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis. at pietas ad omnia vtilis est, vt que promissiones habeat vite presentis ac future.

IV.¹⁴ Ne neglexeris [96 a] quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum, auctoritate sacerdotij

[96 b] V.¹⁷ Qui bene presunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime hi, qui laborant in sermone et doctrina.

Ex hac Pauli doctrina palam fit, illos non vt dignum est, versari in domo dei, qui neglecta honestate vite, imo contempta omni disciplina, etiam rident doctrinam morum, 5

De errore Enkratitarum et Phri-gianorum postea exorto, hic loquitur, qui nuptias et cibos dam-nabant, pietatis pretextu, tan- 10 quam res per se malas, Errant igitur qui hanc predictionem in celibatum sacerdotum torquent, atque in ieiunia Christianorum, quando illi nullo errore absti- 15 nent vel a cibis vel a nuptiis,

Vt si aliquis ieiunat, vigilat, orat, interim alienus a charitate, misericordia, et puritate ac pieta- 20 te mentis, plenus auaritia, furore, odio, impatientia. Corporalia enim sine spiritualibus bonis pa-rum habent vtilitatis

Hij qui summam habent diui-norum potestatem nimirum 25 episcopi fundentes sacra pre-ca-mina, ac diuinam implorantes opem super perficiendos cum impositione manuum, prophetie et scientie donum administra- 30 bant.

Honorem hoc loco et aliis ali-quot locis Paulus vsurpat pro subsidio, quod debetur iis, qui successerunt in vices apostolo- 35 rum ac discipulorum Christi, ne suspicemur illum loqui de honore reuerentie tantum.

[97 a] VI.³ Si quis diuersam sequitur doctrinam et non accedit sanis sermonibus domini nostri Jesu Christi, et ei que secundum pietatem est sane doctrine, ⁴ is inflatus est nihil sciens, sed insanians circa questiones ac disputationum pugnas, ex quibus nascitur inuidia etc.

10 [97 b] VI.⁹ Ceterum qui volunt ditescere, incidunt in tentationem et laqueum, et cupiditates multas stultas, ac noxias, que demergunt homines in exitium
15 et interitum.

[98 a] VI.¹⁷ His qui diuites sunt
20 in presenti seculo precipe, ne elato sint animo, neque spem ponant in diuitiis incertis, sed in deo viuente, qui prebet nobis omnia affatim ad fruendum,¹⁸
25 vt bene faciant, vt diuites sint operibus bonis etc.

Ostendit Christi doctrinam que secundum pietatem est, esse tam simplicem, vt qui questionibus inutilibus illam studio obscurant, inflati sint, nihil scientes, sed magis insanientes, vult enim scriptura magis operibus prestari, quam verbosis questionibus disputari,

Hec est auarorum lectio, qui nunquam satiant[ur] huius seculi bonis, qui per phas et nephas aliena rapiunt si possunt, affectant si non possunt, qui copulant agrum agro tanquam soli terram possessuri, qui thesaurizant et ignorant cui congregant illa,

Qui facultatibus, fundis, agris, vineis, castris et domibus diuites sunt, laruas tantum habent diuitiarum, qui vero bonis operibus ditescere student, ij demum veras diuitias (que nunquam veterascunt) possidebunt

[98 b]

Ep. II ad Timotheum

I.³ Gratiam habeo deo ... quod
30 citra vllam intermissionem faciam de te mentionem in precationibus meis noctu dieque etc.

Ab iis qui plusquam Christiani sibi videntur facile rideretur hec Pauli pietas, qua charitate impulsus orauerit sine intermissione, quando etiam pietas quorundam mediocriter orantium nunc passim ridetur proque stulticia et insania habetur,

35

[99 a] I.⁶ Quam ob causam comonefacio te, vt suscites donum dei, quod est in te per impositionem manuum mearum.

Vna ex ceremoniis primitiue ecclesie, conferendi sacros ordines, erat manuum impositio, ad quam dicit Paulus conferri donum, quod erat gratia quedam sacramentalis, vt intelligamus ordinem sacrum esse verum sacramentum. 5

[100 a] II.²¹ Si quis igitur expurgarit seipsum ab his, erit vas in honorem sanctificatum,

Cum dicit si quis seipsum expurgarit ab his, palam indicat aliquas esse vires et facultates liberi arbitrij, 10

[100 b] II.²² Iuueniles autem concupiscentias fuge,

Iuueniles concupiscentie sequuntur conuiuia, aleas, pilas, venationes, canes, aues, arcus, curam forme, et vestium curiosiorem apparatus, et id genus que sacro viro sectanda non sunt sed fugienda. 15

III.² Erunt enim homines sui amantes, auari, fastuosi, superbi, maledici, parentibus immergeri, ingrati, impij, carentes affectu, nescij federis etc.

Amantes sui, id est sibi placentes, hoc est suis commodis studentes. vnde dicta philautia, cecus (vt inquit Flaccus) amor sui. Ex hoc enim affectu, nascuntur cetera mala que Paulus hic enumerat. 25

[101a] III.⁸ Quemadmodum autem Iannes et Iambres resistebant Moysi, ita et hi resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobj circa fidem, sed non proficient amplius.

Sentit hoc Paulus de doctoribus quibusdam, per hypocrisim iudaissantibus, qui negligentes summam nostre salutis, nimis fiduciam in Christum, docent fidendum esse, humanis viribus et ceremoniis visibilibus, que tametsi maiestatem addunt cultui diuino, salutem tamen non prestant. 35

III.¹⁶ Omnis scriptura diuinitus
inspirata, et vtilis ad doctrinam,

5

Quia quod euangelium ex parte
docet esse factum, hoc littere
veteris testamenti futurum predi-
cant, ac deliniant, nec aliud
docent quam euangelium, sed
aliter.

[103 a]

Ep. ad Titum

I.⁵ Huius rei gratia reliqui te in
Creta, vt que desunt, pergas cor-
10 rigere, et constituas oppidatim
presbyteros, sicut ego tibi ordi-
naram.

15

Vt neque in hoc loco, ita nus-
quam in apostolicis scriptis, le-
gimus constitutos presbiteros
populi suffragiis. Sed vel ab ip-
sis apostolis, vel episcopis, le-
gittimis apostolorum successo-
ribus, penes quos semper in ec-
clesia fuit summa potestas di-
uinorum.

[103 b] I.¹⁶ Deum profitentur se
scire, ceterum factis negant, cum
sint abominabiles, et dicto non
20 audientes, et ad omne opus bo-
num reprobri.

Non magnum est voce profiteri
deum (quod etiam impij facere
solent) si factis eum neges. Fac-
tis autem negant, qui male vi-
uunt, non hoc synceritate et
integritate vite prestantes quod
verbis prestandum fatentur.

II.¹ Tu vero loquere que decent
25 sanam doctrinam.² Senes, vt so-
brii sint etc.³ Anus itidem etc.
⁶ Adolescentes consimiliter etc.
⁹ Seruos hortare etc.

30

Cum a diuersis hominum gene-
ribus exigit alias et alias virtu-
tes, pro ratione etatum, sexu-
um, et offitiorum, vnam tamen
sobrietatis virtutem ab omnibus
exigit, tanquam diuersarum vir-
tutum matrem fecundissimam.

[104 b] III.⁸ De his volo vt con-
firmes, quo solliciti sint, vt bo-
nis operibus presint qui credi-
derunt deo. Hec enim sint ho-
35 nesta et vtilia hominibus.

Si ij qui crediderunt deo, debent
adhuc bonis operibus preesse,
ergo vna fides non satis est ad
salutem, sed etiam studium bo-
norum operum in fidelibus de-
syderatur.

[105 b]

Ep. ad Philemonem

⁹ tamen propter charitatem potius rogo, cum talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiam vinctus Iesu Christi.

Hec Pauli modestia qua rogat Philemonem (cum precipere potuisset) palam arguit supercilium quorundam episcoporum ac prelatorum, qui terrificis ac minacibus verbis semper precipiunt et mandant, nunquam vero rogant et obsecrant. 5

[106 a]

Ep. ad Hebreos

10

I.¹ Deus olim multifariam multisque modis locutus patribus per prophetas, extremis diebus hisce locutus est nobis per filium,

Si patres olim (qui erant viri eximia pietate clari) obedierunt voci prophetarum et angelorum, multo magis congruit, vt nos nostris temporibus voci loquentis filij dei eterni obediamus. 15

[107 a] II.² Etenim si is qui per angelos dictus fuerat sermo, fuit firmus, et omnis transgressio et inobedientia iustam premij reparationem accepit,³ quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?

Nam si non impune neglecte et contempte sunt voces prophetarum et angelorum, longe minus impune negligentur voces loquentis Christi filij dei, non tam per se quam per suos apostolos, reuelate veritatis probatissimos testes. 20

[108 a] II.¹⁷ Unde debuit per omnia fratribus similis reddi, vt misericors esset et fidelis pontifex, in his, que apud deum forent agenda, ad expiandum peccata populi.

Filius dei homo factus, sic mortalitatem induit, vt humane nature similis tantum fieret in his que habent rationem miserie, non autem rationem culpe, Vnde miser factus, peccator tamen non est factus 25 30

III.⁵ Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius, veluti minister . . . ⁶ At Christus tanquam filius administravit domum ipsius.

Si Mosi tanquam ministro et fidei dispensatori obtemperatum est, multo magis obtemperabitur Christo iam non ministro tantum sed vero dei filio. 35

[108 b] III.¹⁴ Christi participes facti sumus, si sane initium substantie, vsque ad finem firmum tenuerimus.¹⁵ In hoc quod dicitur. Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra

Nihil enim proderit nobis audisse doctrinam euangelicam, nisi perseueremus viuere iuxta doctrinam euangelicam, imo hoc grauius puniemur, quo maior est ille qui per se dignatus est nobis loqui.

III.¹⁸ Quibus autem iurauit, non ingressuros in requiem suam nisi ijs qui non obedierant? ¹⁹ Et videmus, quod non potuerit ingredi propter incredulitatem.

In omnibus verax est deus, nam et obedientibus (quod promisit) prestitit, et quod inobedientibus comminatus est, infixit.

[109 a] IV.¹ Metuamus igitur, ne quando derelicta promissione introeundi in requiem eius, videatur aliquis ex vobis fuisse frustratus.

Quod maioribus nostris tum erat Moses, hoc nobis nunc est Christus, Illi enim properabant ad terrenam requiem, nos tendimus ad celestem, timeamus igitur negligere vocem dei, que nobis quotidie per euangelium loquitur.

[109 b] IV.¹² Viuus est enim sermo dei, et efficax, et penetrantior quouis gladio vtrinque incidente

Sermo dei sic viuus est, quod viuificat omnia, sic efficax, quod potest omnia, quando illi nihil potest resistere, sic penetrans quod insit omnibus, immeatque omnia.

V.¹ Nam omnis pontifex qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur . . . vt offerat donaria et victimas pro peccatis

Precipuum pontificis ab hominibus assumpti officium est offerre deo sacrificia et preces pro populo ad mediandum inter deum et populum, oretque primum pro se, deinde pro populi peccatis.

[110 a] V.⁴ Nemo sibiipsi vsurpat honorem, sed qui vocatur, etiam a deo, quemadmodum et Aaron.

V.¹² . . . vt doceamus nos que sint elementa initij eloquiorum dei, factique estis ij, quibus lacte sit opus, et non solido cibo.

[110 b] VI.⁴ Nam fieri non potest vt qui semel fuerint illuminati, gustauerintque donum celeste, et participes facti fuerint spiritus sancti,⁵ gustauerintque bonum dei verbum, ac virtutes futuri seculi,⁶ si prolabantur de nouo renouentur per penitentiam, ab integro crucifigentes sibi metipsis filium dei, et ludibrio exponentes.

[111 b] VII.⁴ Considerate vero, quantus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abraham patriarcha de spoliis?

[112 a] VII.⁸ Atque hic quidem homines qui moriuntur, decimas accipiunt. Illic autem is de quo testatum est, quod viuat

Quia honore videtur indignus qui per arrogantiam ambit dignitatem, et parum idoneus est ad functionem, qui semet ingerit. Siquidem teste Hieronimo
5
Melius est summum sacerdotium promeruisse quam obtinuisse.

Hoc loco humilem et rudem sermonem de rebus minimis disserentem appellat lac, solidum vero cibum sapientie sermonem de perfectioribus et altioribus rebus disserentem.

Iste locus videtur prima specie
15
negare penitentiam relapsis post baptismum negat quidem renouationem fieri posse per iterationem baptismi, quando baptismus semel tantum datur, non
20
autem negat fieri per penitentiam, sacramentum, que est (secundum Hieronymum) secunda tabula post naufragium.

Hec dicit, vt ostendat quod cum magnus dignitate et honore sit ipse Abraham cui facte sint promissiones, illo tamen maior fuit Melchisedech, qui typus fuit
30
Christi.

Vere mortuus est Melchisedech, sed quoniam scriptura asserit illum esse figuram in sempiternum viuientis Christi, ideo
35
suppressit mortem ipsius, de eo loquens tanquam de viuente. De morte vero Aaron expresse loquitur Numeri. xx.

- VII.¹⁴ Palam est enim, quod e tribu Juda exortus sit dominus noster.
- 5
- 10 [I 12 b] VII.²² Tanto potioris testamenti sponsor factus est Iesus
- 15
- [I 13 a] VIII.¹ qui consedit ad dexteram throni maiestatis in celis,² sanctorum administrator, ac veri tabernaculi, quod fixit deus, et non homo.
- 20
- 25 VIII.⁶ nunc vero hoc excellentius sortitus est sacerdotium
- 30 [I 13 b] VIII.¹⁰ testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos dicit dominus, dans leges meas in mentem illorum, et in corde illorum inscribam illas,
- 35
- Quia Esaie xi. dicitur. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendit, et Psal: cxxxi Juravit dominus Dauid veritatem et non frustrabitur eum, De fructu ventris tui etc. Item Luce i. Et dabit ei dominus sedem Dauid patris eius, qui Dauid erat vtique de tribu Juda.
- Quantum ergo interest inter terram et celum, inter temperaria et eterna, inter mortales et immortales, inter humana et diuina, tanto melioris testamenti sponsor factus est Iesus pontifex noster
- Sancta quorum Christus ministrator est, sunt vere sancta, nimirum celeste et spirituale tabernaculum, Mosi enim tabernaculum verum non erat, sed figura veri, neque hostie vere, sacraque vera, sed verorum sacrorum umbratilia simulachra.
- Euangelicum enim testamentum prestantius est Mosaico testamento, ac tanto prestantius, quanto magnificentiora habet promissa.
- Hec enim videntur pertinere ad primos fidei doctores, qui absque visibili scriptura et doctore, spiritu sancto reuelante, perceperunt fidei sacramenta, et ideo Christus sic loquutus est, Paracletus veniens suggeret vobis omnia.

[114 a] IX.⁶ in prius quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes, qui sacrorum ritus peragant, ⁷ in secundum autem semel quotannis solus pontifex

[114 b] IX.¹³ Nam si sanguis taurorum et hircorum, et cinis iuence, aspergens inquinatos, sanctificat etc.

IX.¹⁷ Nam testamentum in mortuis ratum est quandoquidem nondum valet cum viuit testator.

[115 a] IX.²³ Itaque necesse est, vt exemplaria quidem eorum que sunt in celis, hisce rebus purificentur.

IX.²⁷ Et quatenus illud manet omnes homines, vt semel moriantur, post hoc autem iudicium, ²⁸ ita et Christus semel oblatus,

[115 b] X.² Alioqui nonne deissent offerri? Propterea quod nullam iam habuissent conscientiam peccatorum

Vnde sacerdotes priori tabernaculo seruientes, representant noui testamenti sacerdotes, qui inter Christianos sacros ritus peragunt. Verum summus ille sacerdos Christum ipsum dei filium representabat. 5

Vtrobique sanguis est, sed ingens discrimen, vtrobique mors est sed inequalis, vtrobique spiritus est sed admodum dispar. 10

Testamentum est promissio eterne beatitudinis, et peccatorum remissio. Testator Christus, heredes christiani. Sigillum sanguis Christi in morte ac passione fusus, atque sacramentum in pane et vino consecratum. 15

Exemplaria dicta sunt veteris testamenti sacra, nimirum ritus et ceremonie cultus et sacrificiorum, ob id quod in terris representabant vmbram et imaginem celestium rerum. 20

Nam post mortem cuiusque hominis, nihil aliud expectatur quam iudicium illud supremum, quod premia decernet, siue piis siue impiis. 25

Ostendit oblationes veteris testamenti esse inefficaces et vmbras vere oblationis, quia si efficaciter mundassent vmbram, iam non fuisset opus iteratis oblationibus. 30

X.⁹ Ecce adsum, vt faciam deus
voluntatem tuam, tollit prius, vt
posterior statuat,¹⁰ per quam vo-
luntatem sanctificati sumus per
5 oblationem [corporis] Jesu Chri-
sti semel peractam.

[116 a] X.¹⁴ Unica enim obla-
tione perfectos effecit in per-
10 petuum, eos qui sanctificantur.

15

X.²⁴ consideremus nos inuicem
in hoc, vt prouocemus ad cha-
20 ritatem et bona opera,

[116 b] X.²⁶ Nam si volentes
peccauerimus post acceptam
25 cognitionem veritatis, non vltra
pro peccatis reliqua est hostia,

30

X.³¹ Horrendum est incidere in
manus dei viuentis.

35

Tollit primum sacerdotium vt
inefficax, et ingratum deo, vt
statuat posterior, quomodo sa-
tisfiat voluntati diuine, per vni-
cam oblationem, omnium po-
tentissimam atque sanctissi-
mam.

Chrisostomus homilia xvij. in
hanc epistolam ita dicit, Quid
igitur nos? Nonne per singulos
dies offerimus? Offerimus qui-
dem, sed ad recordationem faci-
entes mortis eius, et vna est hec
hostia non multe, Et infra, Hoc
autem quod nos facimus in com-
memorationem quidem fit eius
quod factum est.

Tunc ad charitatem prouoca-
mus nos inuicem, dum mutuis
exemplis, mutuisque hortatibus
sollicitemus ad charitatem ac
pia opera.

Non superest relapsis in vete-
rem viam hostia que rursus per
baptismum gratis condonet pec-
cata. Quo enim clementior est
noua lex, quo plus affert bene-
ficii, hoc grauiores dabit penas,
qui eam sciens ac volens habu-
erit ludibrio.

Nemo sibi blandiatur quod ho-
minis vltoris manus effugerit
quia dei manus nemo potest ef-
fugere. Nam formidandum est
cum conscientia peccatorum
cadere in vltrices manus viu-
entis dei.

[117 a] XI.¹ Est autem fides earum rerum que sperantur substantia, argumentum eorum, que non videntur.

Fides enim non est vulgaris aliqua credulitas, sed solida firmaque basis earum rerum que nec sensibus nec rationibus humanis deprehendi possunt, sed 5 eas firma spes ita representat animo, quasi coram cernerentur, et quasi manibus tenerentur.

[117 b] XI.⁶ Nam qui accedit ad deum, hunc credere oportet esse deum, et esse remuneratorem querentibus se,

Quisquis vult deo esse commendatus, primum oportet credere deum esse, qui potest omnia, quique velit optima. Deinde hunc agere curam rerum humanarum. 10

XI.¹¹ Per fidem et ipsa Sarra vim ad concipiendum ac retinendum semen accepit, ac preter etatis rationem peperit,

Licet enim Sarra primum ridens 15 non crediderit, credens angelum esse hominem, ut dicitur Gene. xvij postea tamen credidit comperta subuersione Sodomorum, et cum vidisset occultum risum 20 angelum non latuisse.

[118 a] XI.¹⁸ ad quem dictum fuerat. In Isaac vocabitur tibi semen,¹⁹ cum illud secum perpendisset, deum vel a mortuis excitare posse [semen], unde illum etiam resurrectionis typo reduxit.

Huiusmodi exemplis fidei preconia celebrantibus, abunde declarat apostolus fidem sic inniti promissioni futurorum bonorum, ut illorum expectatione palam contemnat queuis presentia, siue bona que placent, siue mala que terreant. 25

[118 b] XI.²⁴ Per fidem Moses iam grandis renuit vocari filius filie Pharaonis etc.

Malebat enim Moses fide animatus pro seruando populo suo probra malorum ferre in typum Christi (qui olim erat grauiora passurus, pro salute gentis sue) quam vniuersos Egyptiorum 35 thesauros possidere.

XI.²⁷ Per fidem reliquit Egyptum, haud veritus ferociam regis.

5

[I 19 a] XI.³⁵ Mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos. Alij vero distenti sunt . . .

10 ³⁶Alij rursus ludibriis et flagris explorati sunt, insuper et vinculis et carcere, ³⁷ lapidati sunt etc.

15

XI.³⁹ Atque omnes hi testimonium promeriti per fidem, non acceperant promissionem, ⁴⁰ quod deus de nobis melius quid-

20 dam prouiderat

XII.¹ Proinde nos quoque cum tanta septisimus nubetestium . . .

25

[I 19 b] XII.⁴ Nondum vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes,

30

XII.⁷ Si castigationem sustinetis, veluti filiis vobis offert se deus. Quis enim est filius, quem non castigat pater? Quod si alieni estis a castigatione, cuius participes sunt omnes, igitur spurij estis, non filii.

35

Contempsit quod erat in manibus et fidei oculos vertebat in ea que procul aberant, a sensibus, deo fretus, qui non patitur hominum pietatem meritis premiis fraudari.

Vt vidua Sareptana et Sunamitis, susceperunt filios ex morte per Heliam et Heliseum prophetas. Hieremias neruis a Phassur distentus fuit, Hiere. xx. Ludibria expertus est Heliseus. Flagella vincula carceres Micheas. Lapidatus Naboth .iij. Regum xxi. et sic de aliis.

Quia vniuersum Christi corpus simul debebat accipere gloriam immortalitatis in futura resurrectione.

Recensiti patres ac innumerabiles alij sunt testes, qui ferendis huiusmodi malis, testati sunt se toto pectore, fidere promissis dei.

Ostendit nanque illos adhuc leuioribus malis affectos, nihil esse perpessos, si conferantur vel cum Christo vel cum sanctis patribus.

Neque omnes sunt filij qui flagellantur vt latrones malefici et criminosi, quorum flagella non sunt tentationes siue probationes, sed promerita premia.

XII.¹² Quapropter manus remissas, et genua soluta surrigite,¹³ et facite, vt recti sint gressus pedibus vestris,

Remisse manus sunt, cum bona opera non exercemus. Dissoluta genua quando immobiles sumus ad ea que sunt fidei et pietatis, rectas semitas pedibus facimus, cum per precepta fidei ambulamus. 5

[120 a] XII.¹⁸ Non enim accessistis ad contactum montem, et incensum ignem ac turbinem, et caliginem, et procellam etc.

Ecce quanto terrore data fuit lex, hinc dicitur Exodi xx. Loquere tu nobis et audiemus, non loquetur nobis dominus ne forte moriamur, Et ait Moses, Nolite timere, vt enim probaret vos venit deus. 10

XII. accessistis²⁴ ad noui testamenti conciliatorem Jesum et ad sanguinem aspersionis, meliora loquentem quam loquebatur sanguis Abel.

Sanguis Abel clamat de terra, sanguis vero Christi clamat de celo gratis et iustis misericordiam, ingratis autem et iniustis vltionem et penam. 15

[120 b] XII²⁶ dicens, Adhuc semel ego concutio, non modo terram, verumetiam celum.

Vnde Mat. xxiiiij Erunt signa in sole et luna, et infra, et terremotus magni erunt Et psal. xcvi Nubes et caligo in circuitu eius, iustitia et iudicium preparatio sedis eius. 20 25

XIII.² Hospitalitatis ne sitis immemores. Per hanc enim quidam inscientes exceperunt angelos hospitio.

Vt Abraham Genes. xviii et Lot angelorum beneficio ereptus fuit a subuersione Sodome et Gomorre Genes. xix Etiam Tobias hospitalitatis gratia meruit Raphaelis archangeli officium. Tobie. v. 30

[121 a] XIII.⁸ . . . Jesus Christus heri et hodie, idem est etiam in secula.⁹ Doctrinis variis ac peregrinis ne circumferamini.

[121 b] XIII.²³ Scitis fratrem nostrum Timotheum solutum esse, cum quo, si celerius venerit, visam vos.

Quando Christus semper est semper erit semperque fuit, necesse est, omnes esse christianos, quotquot vnquam salui fiunt ab initio ad consummationem seculi vsque Neque aliud docuit lex Mosaica quam euangelium docet, sed aliter.

Solutum siue dimissum dicit Timotheum, vel quia in carcerem fuerat coniectus, et inde iam dimissus, vel quia ex Athenis vbi antea fuerat dimissus est.

Ep. ad Romanos

[4 a] I.¹ Paulus . . . segregatus
in euangelium dei,

Segregatus erat a Mose ad Christum, hoc est a lege ad euangelium, a littera ad spiritum, a fiducia operum ad gratiam. 5

I.⁴ resurrexit e mortuis Jesus
Christus dominus noster

In Paulo et ceteris apostolis comperies lector, quod patri fere tribuitur cognomen dei, Christo cognomen domini, cum vtrumque vocabulum, vtrique 10 pariter conueniat.

[4 b] I.¹⁷ Iusticia enim dei per
illud patefit ex fide in fidem.

Ex fide in fidem, hoc est, ex fide promittentis dei, in fidem hominis credentis, vel ex fide Iudei in fidem gentilis, siue ex fide veteris in fidem noui testamenti, siue ex fide legis in fidem Christi, siue ex fide verborum in fidem rerum, aut ex fide predicantium, in fidem credentium. 20

[5 a] I.²⁶ Quamobrem tradidit
eos deus in cupiditates ignominiosas.

Tradidit illos, id est passus est ire precipites in varias concupiscentias. Nam tradere hoc loco permittere est, non incitare aut immittere, siue impellere, alioqui necessitate non electione peccassent. 25

I.²⁷ premium (quod oportuit) erroris sui in sese recipientes.

5

[5 b] I.³² non solum ea faciunt, verumetiam assentiuntur ijs, qui
10 faciunt.

II.¹ Nam hoc ipso quod iudicas alterum, teipsum condemnas.
15

[6 a] II.⁵ in die ire, quo patefiet iustum iudicium dei,⁶ qui redditurus est vnicuique iuxta facta sua,⁷ his quidem qui perseuerantes in benefaciendo, gloriam et honorem et immortalitatem querunt, vitam eternam,
20
25

II.¹³ Non enim qui audiunt legem, iusti sunt apud deum, sed qui legem factis exprimunt, iusti habebuntur.
30

[6 b] II.¹⁷ Ecce tu Judeus . . .
35 ¹⁹ confidisque teipsum ducem

Vnde palam est probrosas turpitudines, et obstinatam in illis mentem, esse noxij erroris et inueterate malitie condignum premium. Et ideo tradi a deo in scripturis est ab illo destitui et relinqui suis affectibus.

Assentiri maleficientibus est, Si cum quis possit reprehendere taceat, Aut obsistere, cessat et dissimulat, Aut qui fomitem prebet aliorum delictis.

Ostendit etiam illos esse peccatores, qui solo affectu, id est concupiscentia peccant, etiam si ab opere et consensu peccati abstinant.

Si redditurus est vnicuique iuxta facta sua, nempe perseuerantibus in benefaciendo vitam eternam, igitur est aliquis operum respectus apud deum, contra sententiam impiorum, asserentium nos nec ob bona opera saluari nec ob mala damnari.

Quia etiam si nulla esset lex scripta, amplectitur tamen deus et approbat benefacta, et ideo Judei grauius peccauerunt habentes legem vite ducem, quam gentiles, qui absque legis doctrina solo nature instinctu ducebantur.

Ecce etiam si quis adeo precelit in lege vt sit legis doctor, et

esse cecorum, lumen in tenebris versantium etc.

II.²³ qui de lege gloriaris, per legis transgressionem deum de-honestas.

II.²⁸ Non is qui in manifesto Judeus sit, Judeus est, nec ea que in manifesto sit carnis circumcisio, circumcisio est [7 a]
²⁹ sed qui in oculo Judeus fuerit, is Judeus est, et circumcisio cordis circumcisio est,

[7 a] II.²⁹ circumcisio cordis circumcisio est, que spiritu constat, non littera, cuius laus non ex hominibus est, sed ex deo.

III.¹ Quid igitur habet in quo precellat Judeus? . . .² Multum per omnem modum.

III.⁴ Ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris.

III.⁵ Num iniustus deus, qui inducat iram? ⁶(humano more loquor) Absit. Nam quomodo iudicabit deus mundum?

tamen non prestat factis legem, nimirum alienus a bonis operibus, nihil illi prodest legis eruditio.

Sibi pulchre placebant tanquam 5
legis custodes, quod opere externo abstinebant a quibusdam viciis crassioribus, cum in animo erant concupiscentia et consensu contaminatissimi. 10

Hoc est, non is est verus Judeus, qui tantum habet carnem circumcisam, sed qui mentem habet puram et mundam ab omni inquinamento peruerse concu- 15
piscentie.

Spiritus circumcisionis est intelligere illam esse signum solum, et in ea salutem non consistere. 20
Littera vero circumcisionis, est credere in ea salutem consistere.

Preparatior enim videtur ad legem euangelicam et fidem qui legis promissa tenet, et vero pro- 25
pior est qui veri tenet imaginem.

Vincit autem deus quando dat, quod perfidi non credentes negant illum daturum, et punit peccantes qui negant illum pu- 30
niturum.

In subuersores liberi arbitrij ista competunt, qui asserunt non minus impudenter quam impie nos necessitate peccare. 35

[7 b] III.¹² omnes deflexerunt, simul inutiles facti sunt, et non est qui exerceat bonitatem, non est vsque ad vnum.

5

III.²⁰ Per legem enim agnitio peccati.

10

[8 a] III.²⁵ propter remissionem preteritorum peccatorum,²⁶ que deus tolerauit,

15

20

IV.³ Credidit autem Abraham deo et imputatum est ei ad iustitiam⁴ Ei vero qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam [8 b] sed secundum debitum.

25

IV.⁷ Beati quorum remisse sunt iniquitates, et quorum obiecta sunt peccata.⁸ Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum.

35

Neque quia dixit omnes deflexerunt totam penitus plebem significat, sed hanc partem plebis, in qua omnes mali se condiderant Semper enim duo populi sunt in vna plebe.

In obliuionem enim venerat lex nature et ideo opus erat lege scripta, per quam quisque suum peccatum agnosceret. Nam gradus quidam est ad sanitatem morbum suum cognoscere.

Preterita enim peccata per fidem et baptismum condonantur, non autem futura. Neque vero licet iterare peccata prius condonata. Nam hoc esset canem reuerti ad vomitum, et suem lotam redire ad volutabrum ceni .i. Petri iijj.

Nam imputari, siue acceptum ferri, proprie dicitur quod repersolutum non est sed tamen ex imputantis benignitate pro soluto habetur. Deus enim nostra fidutia in illum placatus, pro soluto habet, quod tamen omnibus humanis viribus impar est.

Remittere tegere, et non imputare, vna ratio et vnus sensus secundum Ambrosium. Vnde beatitudinem hominis remissionem peccatorum per fidem appellat.

IV.¹¹ vt esset pater omnium credentium per preputium, vt imputaretur et illis iustitia

IV.¹³ Non enim per legem promissio contigit Abrahe, aut semini eius, illum heredem fore mundi, sed per iustitiam fidei . . .
[9 a] ¹⁵ Nam lex iram operatur. Siquidem vbi non est lex, ibi nec transgressio est.

IV.¹⁸ qui preter spem sub spe credidit se fore patrem multarum gentium,

IV.²⁴ credentibus in eum, qui excitauit Jesum dominum nostrum a mortuis,²⁵ qui traditus fuit propter peccata nostra, et excitatus est propter iustificationem nostri.

[9 b] V.⁵ Porro spes non pudefacit, quod dilectio dei effusa sit in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

[10 a] V.¹² Propterea quemadmodum propter vnum hominem peccatum in mundum introijt etc.

Non vt Abraham esset iustitie parens sed typus quidam vere circumcisionis Hoc est innocentie secutur in his, qui credituri essent Christo. 5

[9 a] Non contra legem hic loquitur Paulus, sed legi fidem anteposit. Quia qui per legem salui esse non poterant, gratia dei per fidem saluantur. 10

Inuictissima expectatione futurorum testatus est Abraham, cum dei promissoris fidem, tum 15 omnipotentiam.

Illos ergo tantummodo iustificat Christus, qui nouam vitam exemplo resurrectionis Christi amplexi sunt, et vetusta iniustitie atque iniquitatis indumenta, 20 velut causam mortis abiecerunt.

Spes futurorum omnem pudorem et confusionem expellit, vnde probatur non habere fidem, qui in preceptis confunditur. Deinde magnitudo beneficiorum, excitat in se magnitudinem charitatis, que confundi 25 et timere non nouit. 30

Hic subaudiendum est, Ita per vnum Christum, in quo renascimur omnes per fidem, innocentia inducta est, et innocentie comes, vita. 35

V.¹⁵ Nam si vnus delicto multi
mortui sunt, multo magis gra-
tia dei, et donum per gratiam
que fuit vnus hominis Jesu Chri-
5 sti, in multos exuberavit.

[Iob] V.¹⁸ Quemadmodum enim
per inobedientiam vnus homi-
10 nis, peccatores constituti fuimus
multi, ita per obedientiam vnus,
iusti constituentur multi.

V.²⁰ Ubi vero exuberavit pec-
catum, ibi magis exuberavit
gratia,

VI.⁴ Sepulti igitur sumus vna
cum illo per baptismum in mor-
20 tem, vt quemadmodum excita-
tus est Christus ex mortuis per
gloriam patris, ita et nos in no-
uitate vite ambulemus.

25

30

[I I a] VI.⁹ Scientes quod Chri-
stus excitatus a mortuis, non
amplius moritur, mors illi non
35 amplius dominatur.

Nomen gratia significat remis-
sionem peccatorum, Donum
per gratiam, significat spiritum
sanctum, qui effunditur in cor-
da eorum quibus peccata remit-
tuntur, qui sanctificat et viuifi-
cat, et nouam creaturam gignit.

Quos supra omnes dixit, hic
plures et multos significat. Plu-
res enim Ade delictum sequuti
sunt preuaricando, non omnes,
Et multi iusti constituentur non
omnes, quia tantum fideles fu-
turi sunt iusti.

Magis exuberavit gratia, quia
peccatum ad tempus regnabat.
Gratia vero perpetuo regnabit.

Vt mors Christi habet similitu-
dinem mortis peccati in nobis,
ita resurrectio eiusdem habet
similitudinem noue vite in bap-
tismo professe. Quemadmodum
igitur (vt antea dixit ca: ij.) cir-
cumcisio prodest si legem ser-
uaueris, Ita baptismus quoque
prodest si innocenter vixeris,
mandataque seruaueris, Alio-
qui nec circumcisio, nec bap-
tismus quicquam prosunt nisi
ad cumulum maioris condem-
nationis.

Imaginem resurrectionis illius
tunc referimus, quando semel
iustificati sic studemus conser-
uare innocentiam, vt posthac
non peccemus. Ille semel res-
urrexit, posthac non moriturus,
Nos semel iustificati, post-
ea nunquam peccaturi.

VI.¹⁵ Quid igitur? Peccabimus, quod non simus sub lege, sed sub gratia? Absit.

Quia hoc magis abstinendum est a peccatis, quod iam ad beneficiendum non cogimur prescripto, sed meritis et amore prouocamur. Mutata quidem est seruitus, sed non est prorsus adempta. 5

[I I b] VI. ¹⁹ Quemadmodum enim prebuisitis membra vestra serua immunditiae et iniquitati, . . sic et nunc prebete membra vestra serua iustitiae, ad sanctificationem.²⁰ Cum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiae.

Vt est aliqua libertas culpabilis, ita et seruitus quedam laudabilis. Nam liberum esse iustitiae crimen est, seruum vero esse iustitiae, laudabile est. Ediuerso, seruum esse peccati crimen est, liberum esse peccato, laudabile est. 10 15

VI.²³ Etenim autoramenta peccati mors, donum autem dei, vita eterna, per Christum Jesum dominum nostrum.

Autoramentum est precium siue stipendium quo aliquis autoratur, idest obligatur ad seruitium.

[I 2 a] VIII.⁷ Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam et concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset, Non concupisces.

Lex enim est index peccati, sed non autor peccandi, idest, non est causa peccati. Ostendit autem peccatum quod latebat, et quia non addit vires repugnandi peccato. Fit vt hac occasione, libido peccandi sit magis irritata, vt est humanum ingenium ad ea propensius que vetita sunt. 20 25

VII.¹² Itaque lex ipsa quidem sancta, et preceptum sanctum ac iustum et bonum

Lex quidem bona iusta et sancta est, sed tamen imperfecta Vt intelligamus opus esse alia iustitia perfectiore que dei est non legis, illam ambiamus fidei merito per Christum. 30

[12 b] VII.¹³ vt fieret maiorem
in modum peccans peccatum
per preceptum

5

VII.¹⁸ Noui enim, quod non ha-
bitet in me, hoc est, in carne
mea bonum

10

VII.²² Delectat enim me lex dei
secundum internum hominem.

15

²³Sed video aliam legem in mem-
bris meis, rebellantem legi men-
tis mee,

20

[13 a] VIII.¹ Nulla igitur nunc
est condemnatis his, qui insiti
sunt Christo Jesu qui non iuxta
carnem versantur, sed iuxta spi-
ritum.

25

30

VIII.³ Etenim quod lex prestare
non poterat, ea parte qua imbe-
cillus erat per carnem, hoc de-
us proprio filio misso sub specie
carnis peccato obnoxie, presti-

Simplex videtur esse peccatum
quod malis rebus male vtitur
Sed quod optimis rebus abutitur
in perniciem, non videtur esse
simplex peccatum.

Vult enim Paulus in summa
ostendere quod peccatum ita
heret in natura carnali vt nec
renati semel vniuersum exu-
ant, quod tametsi manet etiam
in electis, non tamen domina-
tur in illis.

Hic oportet imaginari duos ho-
mines in vno homine, vnum car-
nalem et crassum, alium vero
puriorem minusque crassum. Il-
lum externum Hunc internum
vocabimus. Internus paret legi
mentis, que est voluntas boni et
equi. Externus legi peccati, que
est concupiscentia carnis con-
sueti.

Si spiritu, si mente viuere vis
(quemadmodum oporteat eos
qui per fidem ac baptismum
Christo sunt insiti) Attende
Christum et eius gratiam non
teipsum, non tua opera, tametsi
pro virili tua, etiam operari de-
beas, opera enim adminiculanti-
a sunt, gratia vero perficiens
et consumans.

Vt duo sunt homines carnalis et
spiritualis. Ita in una Mosi lege
sunt due leges, altera crassa et
carnalis, altera spiritualis. Pri-
ma Mosen habet authorem Se-

tit, ac de peccato condemnauit peccatum per carnem,⁴vt iustificatio legis impleretur in nobis,

VIII.⁵ Nam qui carnales sunt, que carnis sunt curant, at qui spirituales, que spiritus sunt.

[13 b] VIII.¹³ Nam si secundum carnem vixeritis moriemini.

VIII.¹⁷ . . . coheredes autem Christi. Siquidem simul cum eo patimur, vt et vna cum illo glorificemur.

[14 a] VIII.²² Scimus enim quod omnis creatura congemiscit, simulque nobiscum parturit vsque ad hoc tempus.

cundam absoluit nobis Christus.

Esse carnalem est viuere iuxta litteram legis Iudeorum more, 5 ac operibus quibusdam externis simulare sanctimoniam, animo interim sincera pietate vacante. Esse vero spiritualem, est nosse voluntatem dei, confidere 10 deo, et gaudere in obedientia voluntatis dei, per crucem. Ac purum et immaculatum se conseruare ab hoc seculo.

Tres sunt gradus rerum quos 15 expetit caro. Primus est rerum honestarum, vt sapientie et iustitie humane. Secundus, rerum vtilium vt glorie, opum, potentie, et tranquillitatis. Tertius est, 20 delectabilium rerum vt voluptatum, Qui iuxta huiusmodi carnis cupiditates vixerit, morietur morte secunda, que et si eterna.

Datur nobis hereditas, sed si ea- 25 dem via tendamus ad illam, qua Christus ipse peruenit. Ille ferendis malis peruenit ad bonorum possessionem, per obedientiam venit ad regnum, per ig- 30 nominiam venit ad gloriam.

Scimus enim quod omnis creatura etc. Sensus est, quia omnis creatura per quotidianum laborem ingemiscit et dolet, donec 35 impleatur numerus filiorum dei, Ipsa enim elementa, cum sollicitudine suas operas exhibent.

VIII.²⁴ Siquidem spe seruati sumus, porro spes si videatur, non est spes.

5

VIII.²⁶ Siquidem hoc ipsum, quid oraturi simus, vt oportet, non nouimus, verum ipse spiritus intercedit pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.

15

[14 b] VIII.³⁰ Porro quos predefinierat eosdem et vocauit. Et quos vocauit, eos et iustificauit. Quos autem iustificauit, hos et glorificauit.

25

VIII.³⁷ Verum in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos.

35

Perfecta nanque salus nostra sita est in rebus futuris, quarum certam spem concepimus. Nam spes non est rerum presentium, sed earum que nondum apparent.

Quia iuxta humanum affectum, nescimus quid sit optandum, neque quomodo sit optandum. Spiritus tamen interim boni consulit, et cum corporis infirmitate pugnat, cui commonstratur aspiratione diuini spiritus adiuuantis carnis nostre imbecillitatem. Quid votis optandum sit quidue recusandum.

Vnde gradibus quibusdam ascenditur ad id quod est summum in dei electione, igitur deus ab eterno, quos presciuit sibi deuotos, ad immortalitatem vocandos esse statuit, eosdemque vocauit per predicationem Jesu Christi, iustificauit per mortem eiusdem, atque glorificauit per resurrectionem et immortalitatis premium.

Verum in his omnibus superamus etc. O stulti et incuruata mente, discite deum respicere non vos, et dum deus operabitur in vobis, vos recta operabimini, vos recte diligetis recte intelligetis omnia et non oblique. Quid infirmitati tue tribuis quod diuine debetur fortitudini? In diuino confide amore, non in

tuo, nunquid deum superare potes amando? Imo cum tu peccas ille te amat, amor eius nunquam te deserit. Vnde sacer Dionysius, A se auersos ac resiliences amatorie sequitur, contenditque ac deprecatur ne se deserant ij, quos tanta vi amoris inquirat, hec Stapulensis. 5

[15 a] IX.² quod dolor mihi sit magnus, et assiduus cruciatus cordi meo.

Vere dolenda res est, non tantum Iudeorum ingratitude, erga tot Christi et dei beneficia, sed quorumcunque etiam fidelium, qui resiliunt a fide, nec referunt ea que tanta dei benignitate digna sunt. 15

IX.⁴ Israelite, quorum est adoptio, et gloria, et testamenta, et legis constitutio, et cultus, et promissiones . . .

Enumerat apostolus tanta preconia nobilitatis et dignitatis generis Iudeorum vt omnes secum ad commiserationem commoueat. 20

IX.¹² non ex operibus, sed ex vocante dictum est illi ¹³ Maior seruiet [15 b] minori. Sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau vero odio habui. ¹⁴ Quid igitur dicemus? Num iniustitia est apud deum? Absit. — — — ²⁰ Atqui o homo, tu quis es qui ex aduerso respondes deo?

Maior seruiet minori etc. Quorum igitur pertinent illa, non ex operibus sed ex vocante? Eo pertinent vt Judeis, (ob admittas gentes) murmurantibus obturaret os. Clamabant illi, Cur admittis impias gentes ad tantum honoris. Respondet deus Cur de nondum natis dictum est. Maior seruiet minori Ad hoc si non potestis respondere, cum sit in lege vestra scriptum, desinite inquirere. Cur ego gentes preferam Israelitibus. Non sic amo odie quemadmodum homines, qui ex rebus gestis con-

- 5
10
15
20
25
30
35
- cipiunt odium vel amorem. Ego priusquam nascantur homines, scio quales futuri sint, Ideo prefinio, que sint illis digna. [15 b] Quia apud deum omnia prescientem futura sunt facta, ideo ut amat futura bona, ita odit futura mala, non aliter quam amaret aut presentia bona aut odiret presentia mala.
- Hunc totum sermonem ab hoc loco Quid igitur dicemus, usque ad hunc locum Atqui o homo, veteres aliquot, tribuunt non Paulo, sed contradicenti, quem sic facit colligentem ex scripturis perperam intellectis.
- IX.¹⁶ Itaque non volentis est, neque currentis, sed miserentis dei.
- 20
25
30
35
- Num dicit figmentum ei qui finxit, cur me finxisti ad hunc modum?
- Num dicit figmentum etc. Hoc est an dari debeat nec ne, dantis arbitrio non petentis debet esse quod poscitur. Et tunc dat deus poscenti, quando scit eum bene vsurum datis. Tunc non dat cum scit male vsurum.
- Num dicit figmentum etc. Non hec loquitur apostolus ut tollat liberum arbitrium, sed ut ostendat quousque oporteat nos obtemperare deo, cum silentio. Nemo igitur putabit hec Paulo dici de necessitate mentis humane que libertatem arbitrij impediat, sed de varietate dispensandi, qua obedientibus in silentio dispensat misericordiam, et inobedientibus cum murmure dispensat iram et iustitiam. Etenim nisi ad hunc acceperimus modum,

multa sequentur absurda, quia
 si hic ageretur de mente, deque
 bonis et malis, simul et homo
 videbitur alienus ab omni cri- 5
 mine, quando necessitate pec-
 caret, et Paulus secum pugnare
 videbitur, qui vbique coronat
 voluntatem. In figulo enim sola
 voluntas est. In deo autem vo-
 luntas cum iustitia, et errare 10
 potest figulus, deus autem non
 potest. Similitudines igitur ad-
 ducte, non sunt accipiende se-
 cundum omnes partes, Sed ad
 id accommodari debent cuius 15
 gratia adducuntur.

[16 a] IX.²⁵ Quemadmodum et
 Osee dicit. Uocabo populum
 qui meus non erat, populum
 meum, et eam que dilecta non
 erat, dilectam.

Non est alia causa electionis et
 reiectionis duorum populorum,
 nisi obedientia et inobedientia
 vtriusque populi, Non populus 20
 factus est populus, quia credidit
 et obediuit Populus vero factus
 est non populus, quia noluit cre-
 dire et obedire. Quorum vtrun-
 que quia deus ab eterno precog- 25
 nouit futurum, prediffiniuit po-
 pulum ad misericordiam, et non
 populum ad iustitiam. Nec ideo
 ista futura erant quia a deo pre-
 cognita sunt, sed quia futura 30
 erant, ideo sunt precognita, vt
 intelligamus prescientiam dei,
 non esse causam futurorum,
 sed quia futura sunt futura, ideo
 presciuntur. Sicque palam fit in 35
 creaturis ipsis fieri mutationem
 a bono ad malum, vel a malo
 ad bonum, deo semper immu-
 tabili permanente.

IX.³² Impegerunt enim in lapidem offendiculi.

5

[16 b] X.² Testimonium enim
10 illis perhibeo, quod studium dei
habent, sed non secundum scientiam.³ Nam ignorantes dei
iustitiam et propriam iustitiam
15 querentes constituere, iustitiae
dei non fuerunt subditi.

X.¹⁰ Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

20

[17 a] X.¹⁵ Quam spetiosi pedes
25 annuntiantium pacem, annuntiantium bona.

30

X.¹⁸ Sed dico, an non audierunt?
Atqui in omnem terram exiit
35 sonus eorum, et in fines orbis
terrarum verba illorum.¹⁹ Sed
dico Nunquid non cognouit Israel?

Impegerunt enim Iudei in Christum lapidem offendiculi nulla necessitate sed mera voluntate, Christo dicente Mat.xxij. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et nolulistis.

Zelum legis habentes, non omnino errabant in affectu pietatis, sed vehementer errabant in delectu, quando publicata dei iustitia, adhuc (prepostere religiosi) defendebant humanam iustitiam.

Non enim satis est credidisse, quando etiam oportet fidem palam profiteri, si res postulat. Ne incidamus in sententiam euangelicam, qua dicitur Joan: xij. Multi ex principibus crediderunt in Jesum, sed palam non profitebantur propter Iudeos. Maluerunt enim gloriam hominum, quam gloriam dei.

Per pedes annuntiantium, id est per aduentum predicantium pacem et bona, Pacem que nos mutua charitate cum Christo conglutinet, et ea bona que semper bona sunt. Eo quod talia sint suapte natura.

Non possunt Iudei excusari, quia videntes lucem malitia execati sunt. Audientes vero euangelium, aures illorum liuore sunt obsepte.

X.²¹ Aduersus Israel autem dicit, Toto die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem.

[17 b] XI.¹ Dico igitur, Num repulit deus populum suum? Absit. Nam et ego Israelita sum, ex semine Abrahe, tribus Beniamin.

XI.⁴ Reliqui mihi ipsi septem milia virorum, qui non inflexerunt genu imagini Baal.

XI.⁶ Quod si per gratiam, non iam ex operibus. Quandoquidem gratia, iam non est gratia. Sin ex operibus, non iam est gratia. Quandoquidem opus, iam non est opus.

XI.⁹ Et Dauid dicit Uertatur mensa illorum in laqueum, et in captionem, et in offendiculum, et in retaliationem ipsis.

Ac si dicat, Misi prophetas sed illos occiderunt. Deinde tot editis miraculis ipse prouocauit pro gratia dixerunt Demonium habet, et presidiis Beelzebub facit ista. Humilitatem despexerunt, virtutem impie sunt interpretati. 5

Ac si dicat Paulus. Etenim si gentem totam repulisset deus, ipse non predicarem Christum, quandoquidem genere sum Israelita verus, oriundus ex stirpe Abrahe pertinens ad tribum Beniamiticam. 10

Ostendit enim non solum Heliam remansisse, qui deuotus deo non adoravit idola, sed et multos qui in fide dei permanserunt, sicut et ex Iudeis non pauci crediderunt. 15 20

Si igitur electio debetur munificentie dei iam non imputetur factis Nam quod factis rependitur merces est, non munificentia. Quod vltro defertur immerentibus id demum est beneficium. quod si supputantur operum merita, iam beneficium desinit esse beneficium, et in premij vocabulum abit. 25 30

Captio, non est hic decipula proprie vnde captiosos dicimus, sed pro venatu positum est, quo capimus feras, quasi dicas. Capiantur sua mensa, qua laxare animum debebant, non enim hostem timemus inter epulas. 35

[18 a] XI.¹¹ . . per lapsum illorum salus contigit gentibus, in hoc vt eos ad emulandum prouocaret.

5

XI.¹⁵ Nam si reiectio illorum, est reconciliatio mundi, que erit assumptio nisi vita ex mortuis?

10

15

XI.¹⁷ Quod si nonnulli rami fracti sunt, tu vero cum esses oleaster, insitus fuisti illis, et consors radicis et pinguitudinis oleæ factus es,¹⁸ ne glorieris aduersus ramos . . .²⁰ Ne efferris animo, sed timeas.

20

25

[18 b] XI.²² Ecce igitur bonitatem ac seueritatem dei, in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te vero bonitatem, si permanseris in bonitate.

30

XI.²⁵ quod excecatio ex parte Israeli accidit, donec plenitudo gentium aduenerit,²⁶ et sic totus Israel saluus erit.

35

Casus igitur Iudeorum nobis gentibus satis feliciter incidit mirabili interim consilio prouocatis ad credendum Iudeis gentium exemplo, et si non prius tamen in fine seculi.

Ac si dicat. Si gentes a religione aliene, deo vocante, ad veram religionem adduci potuerunt, quid vetat ex ea gente ad fidem reuocari que pios habuerit autores ac principes, imo magis consentaneum est vt ex piis nascantur pij, quod exordium fere sapiant.

Alludit ad similitudinem insitionis, que fit, quoties fissio arboris ramo, inseritur surculus alterius arboris.

In deo perpendenda bonitas et seueritas, bonitas erga gentes, quia cum nec quererent ipsum nec scirent, vltro eas vocauit. Seueritas erga Iudeos quos excauit, eo quod verbum dei eiusque donum spreuerunt.

Vtrumque predictum est, fore vt deciderent Iudei per incredulitatem, ac fore vt tandem credentes resipiscerent. Alterum videmus euenisse, alterum expectamus futurum, expleto numero filiorum dei ex gentibus colligendo.

XI.³⁰ Quemadmodum enim et vos quondam increduli fuistis deo etc.

[19 a] XI.³² Conclisit enim deus omnes sub incredulitatem, vt omnium miseretur.³³ O profunditatem diuitiarum et sapientie et cognitionis dei etc.

XII.¹ Obsecro igitur vos fratres per miserationes dei, vt prebeat corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, acceptam deo, rationalem cultum vestrum.

XII.³ ne quis arroganter de se sentiat, supra quam oportet de se sentire . . .

[19 b] XII.⁹ Dilectio sit non simulata, sitis odio prosequentes quod malum est, adherentes ei quod bonum est etc.

Ac si dicat Paulus. Si vos gentiles olim incredulos non destituit deus in eternum ita nec Iudeos nunc incredulos perpetuo destituet Sed quemadmodum vos estis misericordiam adepti, ita et ipsi misericordiam consequentur. 5

Stupor quidam oboritur contemplanti archana dei consilia, et ideo exclamat apostolus, veluti dicat. Quare conclisit omnes etc. vt agnito errore discerent ad misericordiam esse prouocandum, nec tamen conclisit tantamquam peccati autor Sed quoniam non sine periculo hoc archanum rimamur cum explicare nequeam aut forte non licet, exclamare libet, O profunditatem diuitiarum etc. 10 15 20

Non enim in hac lege spirituali sicut olim in lege carnali corpora pro corporibus immolantur, sed vitia potius corporis perimenda sunt Deus nanque est animus et animi donariis conciliatur. 25

Arroganter de se sentit, qui plus sibi tribuit quam par est alterum fastidians vt fieri solet, apud huius mundi cultores, quando felicior fastidit infeliciorem. 30

Vult apostolus vt omnia metiamur aut ex virtute aut ex turpitudine, et non ex nostris cupiditatibus, vulgi more, quod prepostere de omnibus iudicans, 35

XII.¹³ necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem
5 sectantes . . . ¹⁵ Gaudete cum gaudentibus, et flete cum flentibus,

[20 a] XII.²⁰ Si igitur esurit inimicus tuus, pasce illum, si sitit,
10 da illi potum . . . ²¹ Ne vincaris a malo, imo vince bono malo.

XIII.¹ Non enim est potestas, nisi a deo, que vero sunt potestates, a deo ordinate sunt.
15

20 XIII.⁴ Dei [enim] minister est tibi in bonum. Quod si feceris id quod malum est time. Non enim frustra gladium gestat.

25 [20 b] XIII.⁷ Reddite igitur omnibus quod debetur, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.
30

XIII.⁹ [omne] preceptum in hoc sermone summatim comprehenditur. Nempe diliges proximum tuum sicut teipsum.¹⁰ Dilectio proximo malum non operatur. Consummatio itaque legis est dilectio.

dicit bonum malum, et malum bonum.

Iubet sectari hospitalitatem in sanctos, ne aut turpiter egeant, aut ad ethnicos cogantur indecore diuertere.

Quia benefactis certare pulchrum est, vincere pulcherrimum. Malefactis certare turpe, sed malefactis vincereturpissimum.

Sapientie : vi. Data est a domino potestas vobis, et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis, Et Daniel. Dei (inquit) regnum est et cui vult dabit illud. Danielis iiij.

Vt enim deus in suo corpore voluit esse membrorum ordinem. Ita in vniuersa republica, que constat malis ac bonis, voluit esse ordinem quandam.

Ipsa Christus nulli prorsus obnoxius soluit Cesari vectigal, non quod deberet, sed ne quid illos offenderet. Licebat quidem non soluere, sed non expediebat.

Quando charitas nemini nocet et omnibus prodest quoad potest, iccirco continet in se veluti compendio omnia precepta, ad cuius ergo studium ipsa quoque temporis ratio nos hortatur, quando euangelica lex sit lex charitatis.

XIII.¹⁴ Et carnis curam ne agatis ad concupiscentias.

Non vetat Paulus curare carnem ad necessitatem nature vt salubriter viuat. Sed curare vetat ad voluptatem, ne repleta lasciuiat.

5

[21 a] XIV.² Alius quidem credit vescendum esse quibuslibet. Alius autem qui infirmus est, holeribus vescitur.

Hic non loquitur apostolus proprie de ciborum discrimine quod nunc inter Christianos receptum est, sed de illo quod apud Iudeos solenne est. Iudei enim perpetuo abstinebant a certo ciborum genere, iudicantes se contaminari si vescerentur huiusmodi cibis. Christiani vero abstinent ad tempus a certis cibis, nullo errore, nullaue superstitione, sed ad correptionem et castigationem carnis, ne deliciis saturata, lasciuiat aut spumat in libidinem. Qui enim vacat omni superstitione, nihil aliud spectat quam nature necessitatem.

10

15

20

XIV.¹⁰ Tu vero cur iudicas fratrem tuum? Aut etiam tu cur despicias fratrem tuum? Omnes enim statuemur apud tribunal Christi.

Periculosum igitur valde est, condemnare quempiam ex vsu rerum per se non malarum, aut non vsu, quando ratio peccati (si quando peccatur in his rebus) est in animo et opinione vtentis vel non vtentis, non autem in natura rerum. Ab eodem abstinet interdum firmus a quo abstinet infirmus sed alia mente et opinione, infirmus ex superstitione, firmus vero ex studio continentie et castitatis.

25

30

35

[21 b] XIV.¹⁴ Noui siquidem, et persuasum habeo per dominum

Quando vetus superstitio persuaserat Iudeis quosdam cibos

Jesum, nihil esse commune per se, nisi ei qui existimat aliquid esse commune, illi commune est.

5

XIV.¹⁷ Non enim est regnum dei cibus ac potus, sed iustitia et pax et gaudium in spiritu
10 sancto.

XIV.²⁰ Omnia quidem pura, sed malum est homini qui per offendiculum vescitur.
15

[22 a] XV.¹ Debemus autem nos qui potentes sumus, infirmitates impotentium portare, ac non
20 placere nobisipsis

XV.⁸ Illud autem dico, Jesum Christum ministrum fuisse circumcisionis pro veritate dei, ad
25 confirmandas promissiones patrum.⁹ Ceterum vt gentes pro misericordia glorificent deum.

XV.¹⁰ Et rursus dicit. Gaudete gentes cum populo eius.
30

35 [22 b] XV.¹⁹ vt ab Hierusalem et in circumiacentibus regionibus
17 VI

esse natura sic immundos vt illis vtentes contaminarent, quos illi communes appellabant. Ostendit apostolus nihil esse per se immundum, nisi ei qui erroneam habeat conscientiam.

Nam sicut in futuro regno non erit esca et potus ita euangelica doctrina vitaque Christiana, neque ciborum delectu constat, neque potus discrimine, quo nihil momenti habent ad pietatem.

Dissimulare nos docet ab intentione edendi aut non edendi, potius quam ad scandalum vsque disceptare.

Recte ait debemus, quia oportet doctores infirmos firmare, et imperitos erudire cum mansuetudine, ne prouocati dum contendere volunt, in deterius proficiant.

Christus vtrique hominum generi inseruiuit, scilicet Judeis et gentibus, vt illi gaudeant quod diu expectata tandem assecuti sunt. Hee quod expectatis potentiuntur.

[22 b] Vnde dicitur Actorum xi. De Judeis cum audissent Petri sermonem pro Cornelio, his autem auditis obticuerunt, et glorificauerunt deum dicentes. Igitur et gentibus deus penitentiam concessit ad vitam.

Est autem Illyricum lata regio inter Italiam, Germaniam,

bus, vsque ad Illiricum impleuerim euangelium Christi.

²⁰ ita porro annitens predicare euangelium, non [23 a] vbi nominatus erat Christus, vt ne super alienum fundamentum edificarem sed quemadmodum scriptum est.²¹ Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierant, intelligent.

XV.²⁹ Scio nanque quod vbi venero ad vos, cum plenitudine benedictionis euangelij Christi venturus sim.

³⁰ Obsecro autem vos fratres per dominum nostrum [23 b] Jesum Christum, et per dilectionem spiritus, vt me laborantem adiuetis precationibus pro me ad deum,

XVI.¹ Commendo autem vobis Pheben sororem nostram, que est ministra ecclesie Cenchrensis.

XVI.⁸ Salutate Priscam et Aquilam, adiutores meos in Christo Jesu, qui pro anima mea suam ipsorum ceruicem supposuerunt.

Thratiam et Macedoniam, habens ab vno latere mare Adriaticum, et ab alio Danubium, que regio nunc Schlaunia vel Bosnensis dicitur. 5

Sancta fuit hec ambitio Pauli apud deum, qua voluit quam latissime iacere fundamenta Christiane religionis, idque in locis in quibus nondum predicatum fuerat de Christo. 10

Cum Paulus vocat eleemosynam benedictionem, vt hic, videtur verecunde significare vt Rhomani quoque aliquid conferant, in subsidia pauperum. 15

Si Paulus apostolus et propheta ac spiritu sancto plenus, postulat iuuari fidelium precibus contra hostium insidias. Quanto magis, nobis peccatoribus idem postulandum est. 20

Cenchreis hoc loco, est statio naualis Corinthiorum Reperuntur nanque huius nominis plura loca, vt in Troade et in Italia. 25

Hanc Priscam putant alibi dictam Priscillam, Actorum xvij: que fuerat vxor Aquile, viri Iudei Pontici genere, qui tabernaculorum erat artifex, siue sutor autore Origene. 30 35

[24 a] XVI.¹⁸ Nam qui eiusmodi sunt, domino Jesu Christo non seruiunt, sed suo ventri, et per blandiloquentiam et assentationem decipiunt corda simplicium.

10 ¹⁹ Nam vestra obedientia ad omnes permanuit [24 b] Gaudeo igitur sane de vobis. Sed volo vos sapientes quidem esse ad bonum, synceros autem ad malum.

15

Carnales quidam, voluptatibus adhuc seruietes, ac ventrem pro deo habentes non ferebant spiritualem euangelij doctrinam, cupiditatibus carnalibus pleni, et sic sola fide contenti, vt ab omni opere bono prorsus absterneant et cessant.

Ac si dicat Simplicitas laudanda est, sed tamen quoniam suspicionem nescit, sepe obnoxia est imposture, ideo vult illos esse occulatos ad ea sectanda que bona sunt, et declinanda, que pietatis synceritatem viciant.

[26 a]

Ep. I ad Corinthios

I.¹ Paulus vocatus apostolus Jesu Christi, per voluntatem dei.

20

25

I. ³ Gratia vobis et pax a deo patre nostro, et domino Jesu Christo.

30

I.¹⁰ O[b]secro autem vos fratres per nomen domini nostri Jesu Christi, vt idem loquamini omnes, et non sint inter vos dissidia, sed sitis integrum corpus, eadem mente, et eadem sententia.

35

17*

Vocatus non est hoc in loco participium dictus aut nominatus, sed nomen absolutum, veluti dicas, apostolus est vocaticius siue vocatione hoc est electione, quo nomine significat se non aliquo ambitionis studio, vsurpasse aut inuasisse hanc dignitatem, sed ad illam a deo esse vocatum.

Gratia tuebitur innocentiam, hanc comitatur concordia et pax. Gratia nos a peccatis asertos conciliat nos deo. Pax vero conciliat nos hominibus.

Vbicunque simplici mente non idem creditur, vbicunque fideliter loquendo et operando non idem sentitur, ibi non est integrum corpus, hoc est perfectum, sed mutilum et mancum, quales sunt schismaticorum ecclesie.

[26 b] I.¹² Dico autem illud, quod vnusquisque vestrum dicit Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, ego vero Cephe, ego vero Christi.¹³ Num diuisus est Christus?

I.¹⁸ Nam sermo crucis, ijs quidem qui pereunt, stultitia est, at nobis qui salutem consequimur, potentia dei est.

I.²⁰ Vbi sapiens? vbi scriba? vbi disputator seculi huius? Nonne infatuauit deus sapientiam mundi huius?

I.²³ Nos autem predicamus [27 a] Christum crucifixum, Iudeis quidem offendiculum, Grecis vero stultitiam.

Litigabant inter sese, quia credebant baptismum aliquid virtutis accipere ex merito ac dignitate baptizantium ministrorum, atque ideo quisque sibi placebat ex opinione vel dignitate sui apostoli. Errabant igitur nescientes baptismi efficaciam esse, non ab humana aliqua virtute sed a Christi merito.

Vt apostoli noua quadam ratione erant potentes ac diuites, nobiles ac inclyti, ita nouo quodam modo erant tum eruditi tum eloquentes, simpliciter et inaffectate loquuti sunt, sed tamen cordate et prudenter.

Ac si dicat, Nonne videmus innouari mundum? Nonne videmus homines pristinae religioni, pristinae philosophiae diffisos Christi crucem amplecti? Nonne tam intelligunt impium esse, quod antea pietas habebatur et stultissimum esse quod prius sapiens videbatur?

Iudei offenduntur admirantes Ione prodigium, Christi vero facta Jona tanto maioris calumniantur. Grecis vero (qui rationibus vestigant omnia) stultum videtur virginem celitus concepisse fetum, sub homine latuisse deum, morte vitam esse restitutam, reuixisse qui semel esset mortuus.

I.²⁶ non multipotentes, non multi
claro genere nati, verum que
stulta erant secundum mundum,
delegit deus

5

I.³⁰ in Jesu Christo, qui factus
fuit nobis sapientia a deo, iusti-
tiaque et sanctificatio, et re-
10 demptio ³¹ Vt quemadmodum
scriptum est. Qui gloriatur in
domino gloriatur.

15

20 [27 b] II.⁴ et sermo meus et pre-
dicatio mea non erat in persua-
soriis humane sapientie verbis,
sed in ostensione spiritus ac po-
tentie,⁵ vt fides vestra non sit in
25 sapientia hominum, sed in po-
tentia dei.

30 II.⁷ loquimur sapientiam dei in
mysterio,⁸ ... quam nemo prin-
cipum seculi huius cognouit.

35

Per humiles orta est euangelij
gloria, per humiles dilatatur, vt
versis rerum vicibus, humilitas
expugnet altitudinem, simplici-
tas coarguat humanam astuti-
am.

Qui factus fuit nobis etc. sapi-
entia, ne nobis opus esset, phi-
losophia, Iustitia id est innocen-
tia, vt nihil iam sit quod mosai-
ce legis opem desideramus, per
hunc accessit vite sanctimonia,
ne quis hanc suis adscribat me-
ritis, per hunc etiam contigit re-
demptio, hoc est libertas, vt eius
sanguine redempti sumus, a vi-
tiorum tyrannide. Breuiter, fe-
licitatis summam vni Christo
debemus, et autori patri.

Et sermo meus etc. ac si dicat
Qualis erat vite habitus, talis
erat etiam oratio, et sermo meus
nullis rhetorum ornamentis in-
structus, aut philosophorum ar-
gumentis picturatus, qui decla-
raret, quantum ipse pollerem
vel eloquentia vel eruditione,
sed tamen efficax fuit ad trans-
figurandos vos.

Quoniam hec sapientia simpli-
cibus et puris animis delectatur
et ob id nemo principum huius
eui eam est assequutus Nec Pi-
latus nec Annas aut Caiphas
nec Pharisei, nec ipsi demones,

II.¹¹ Quis enim hominum nouit ea que sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in eo?

[28 a] II.¹⁴ Animalis autem homo non accipit ea que sunt spiritus dei, stulticia siquidem illi sunt, nec potest cognoscere quod spiritualiter diiudicantur.
¹⁵ At spiritualis diiudicat quidem omnia, ipse vero a nemine diiudicatur.

III.¹ Et ego fratres, non potui loqui vobis, vt spiritualibus, sed loquendum fuit vt carnalibus, vt infantibus in Christo.

III.⁴ Etenim cum dicat aliquis. Ego quidem sum Pauli, alter vero, ego Apollo, nonne carnales estis?

[28 b] III.⁸ Vnusquisque tamen suam mercedem accipiet iuxta suum laborem.

Ac si dicat faciem hominis cuius promptum est cernere. Ceterum quid lateat in intimis animi recessibus, nemo mortalium perspicit, nisi spiritus hominis qui est in eo. 5

Nam humana que sunt, humano more traduntur, que celestia et spiritualia, nouo modo tradenda erant, nec id sane quibuslibet, 10
 sed iisdumtaxat qui hausto Christi spiritu, iam habiles sunt spirituali doctrine quippe spirituales et ipsi, auditor enim spiritualis doctrine spirituali congruit. 15

Fidei philosophia, etiam suam habet etatem, nam habet rudimenta, habet profectus habet fastigium, ideo apostolus non poterat illis ab initio loqui tanquam spiritualibus, hoc est iam perfectis et plene adultis in Christo Jesu. 20

Nam huiusmodi titulis inter se decertant humane philosophie 25
 discipuli. Ego sum Aristotelicus, Ego Platonicus, Ego Stoicus, Ego Epicureus, Discipuli vero Christi vno Christo autore gloriantur. 30

Meritorum ac premiorum ratio in hoc consistit, vt quisque gnauiter fideliter, ac hilariter prestat officium. Nam qui ex necessitate aut ex tristitia, aut etiam negligenter prestat officium et laborem, aut ludit operam, aut mercedem se dignam referet. 35

III. ¹⁰ Vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem super illud edificat. Porro quisque videat quomodo superstruat. ⁵ ¹¹ Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, preter hoc quod positum est, quod est Jesus Christus.

10

15

III. ¹⁷ Nam templum dei sanctum est, quod estis vos.

20

[29 a] III. ²¹ Itaque ne quis gloriatur in hominibus. ²² Omnia nanque vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo etc., vos autem ²⁵ Christi, Christus vero dei.

IV. ¹ Sic nos estimet homo, vt ³⁰ ministros Christi, et dispensatores mysteriorum dei.

35

Simplicissimus sensus est optimus, si accipiamus de doctrina apostolorum Paulo succedentium. Ille bonum posuit fundamentum (Videant (inquit) ceteri quid superstruant) Si digna Christo durabit opus etiam in luce conspectum. Sin Judaisimum adiunxerint, fallent quidem ad tempus, ceterum patefiet illorum impostura, simul atque vero iudicio perpendi ceperit, est tamen spes salutis, quamdiu manserit fundamentum Christus.

Huius templi sanctimonia seruatur, innocentia et moribus Christo dignis, prophanatur vero, et conspurcatur ambitione, libidine, dissidio et his similibus affectibus et morbis.

Quando salutis nostre negotium totum sit diuinum, non est quod homines sibi quicquam hinc vindicent, nec est cur vllam glorie portionem homini velut auctori tribuant, cum tota debeatur deo.

Apostoli et predicatorum non sunt autores gratie quam administrant sed ministri tantum ac dispensatores aliene rei. Igitur qui pro diuinis humana docent, qui vestra obedientia ad fastum ac questum abutuntur, qui sub euangelij pretextu rem suam agunt, qui sub vmbra glorie Christi, tyrannidem affectant, male fidei dispensatores sunt.

IV.⁶ Hec autem fratres per figuram transtuli [29 b] in meipsum, et in Apollo, propter vos, ut in nobis disceratis, ne quis supra id quod scriptum est, de se sentiat, ut ne, hic illius, ille huius nomine inflemini, alius aduersus alium.

IV.⁹ quoniam spectaculum factus sum mundo et angelis et hominibus.¹⁰ Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes per Christum, nos imbecilles, vos autem validi, vos clari, nos contempti.

[30 a] IV.¹⁵ Nam etiamsi innumeros pedagogos habeatis in Christo, non multos tamen habetis patres.

Neque Paulus neque Apollo erant factionum occasio, et ideo docendi gratia de aliis loquens, semetipsum pro exemplo posuit, ne aperta malorum ministrorum mentio nimium offenderet. 5

Quia tanquam malefici bestiis obiecti, in omne pretorium pertracti, multis carceribus inclusi, in omni foro ludibriis affecti, adeo ut spectaculum fuerimus non solum huic mundo qui Christum damnat, non solum hominibus qui terrena sapiunt, sed etiam ipsis demonibus qui nostris malis oblectantur. Breuiter, preter laborem et molestiam nihil ad nos rediit. Totus fructus penes vos est, si tamen fructus dici meretur, quo vos euasistis non meliores sed deteriores, in nullo habentes apostolice vite formam. 25

Pedagogus pro tempore seu vitam exercet in etatem innocentem, ac vel questus vel metus causa facit officium si tamen facit. At pater ob insitam penitus a natura pietatem, vel suo malo filiorum commodis consulit. Optat igitur Paulus Corinthios esse sibi similes tanquam patri, non autem pseudapostolis, in quibus nihil est imitatione dignum. 35

IV.²⁰ Non enim in sermone regnum est dei, sed in virtute.

5

V.² Et vos inflati estis, ac non
10 potius luxistis, vt tolleretur de
medio vestrum qui facinus hoc
perpetrasset.

15

V.⁴ in nomine domini nostri
[30 b] Jesu Christi, congregatis
20 vobis et meo spiritu, vna cum
potestate domini nostri Jesu
Christi, tradatur satane ad in-
teritum carnis, quo spiritus sal-
uus sit in die domini Jesu.

25

V.⁷ Expurgate itaque vetus fer-
mentum, vt sitis noua consper-
30 sio, sicut estis infermentati. Nam
et pascha nostrum pro nobis im-
molatus est Christus.

35

Non enim in magnificis dictis
aut verbis sita est euangelij vis,
que cuius in promptu sunt, sed
in vi ac virtute celesti, que tole-
rantia malorum, que concordia,
que totius vite innocentia, que
miraculis etiam et charitatis of-
ficiis declaratur.

Cur flagitiosi sunt tollendi, hoc
est eiiciendi e consortio Christi-
anorum Primum ne fauere vide-
amur turpibus admissis Deinde
ne pestis exitialis latius serpen-
do alios inficiat. Postremo vt
autor sceleris, veluti omnium
iudicio condemnatus, pudore
tactus respiscat.

Quando hic de excommunica-
tione loquitur, intelligimus ex-
communicandi rationem ex tri-
bus potissimum constare, ex de-
creto presidentis, ex consensu
multitudinis hoc est, potioris et
sanioris partis, atque ex autori-
tate Christi, cuius gloria in fe-
renda excommunicatione, vnice
spectanda est.

Nam huiusmodi amat deus, qui
carent peccati fermento, quod
olim typis mysticis adumbratum
est. Egyptus enim peccati reg-
num significat. Filij Israel Egyp-
tum egressi, vescebantur azimis
pascha celebrantes, nos vero li-
berati a peccatorum tyrannide
habemus verum pascha Chri-
stum, cuius innocentiam ac sim-
plicitatem debemus exprimere.

V.¹¹ Si quis cum frater appelletur, fuerit scortator, avarus, aut simulacrorum cultor, aut conuicator, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi ne cibum quidem capiatis.¹² Quid enim ad me attinet etiam de his qui foris sunt iudicare?

[3 I a] VI.¹ Sustinet aliquis vestrum, negotium habens cum altero iudicari sub iniustus, et non magis sub sanctis?

VI.⁶ Sed frater cum fratre litigat, idque sub infidelibus? Itaque iam quidem omnino delictum in vobis est, quod lites habetis inter vos inuicem. Cur non potius iniuriam patimini? ⁷ cur non potius damnum accipitis? ⁸ imo vos iniuriam facitis, et damno afficitis, idque fratres?

[3 I b] VI.¹² Omnia mihi licent, at non omnia conducunt.

VI.¹⁶ An nescitis quod qui adglutinatur scorto, vnum corpus est? Redigentur enim (inquit) duo in carnem vnam. ¹⁷ At qui adglutinatur domino, vnus spiritus est.

Cum precipit apostolus flagitiosos esse vitandos, non de omnibus sentit flagitiosis, sed tantum de Christianis, qui nobiscum commune fraternitatis nomen sortiuntur, quibus excommunicatio medicinalis est, quando pudore tacti ob separationem, tandem resipiscunt. 5

Paulus miratur aliquem esse Christianum qui possit animum inducere, vt apud ethnicos iudices, pro re pecuniaria contendat, quia iudicat hoc vehementer pudendum. 10

Non enim satis est nos baptismo ablutos esse, neque sufficit nos Christo esse insitos, nisi tota vita Christi doctrine respondeat, qua iubemur etiam pallium red- 20 dere, tollenti tunicam. Siquidem auaritia et pecunie studio nihil execrabilius.

Quasi dicat. In his que sunt necessitatis nature, mihi licita sunt omnia. Nullus enim me vetat vti eodem iure, quo ceteri apostoli vtuntur, sed fortasse non semper expedit vobis. 25

Corpus non est ita necessitate nature spurce libidini dicatum quemadmodum esca ventri, aut venter escis. Imo corpus nostrum domino Jesu consecratum est et ille vicissim nobis adglutinatus est, hec adglutinatio 35

5 [32 a] VII.¹ Bonum est homini, vxorem non attingere. ² Attamen propter supra vitanda suam quisque vxorem habeat, et suum queque virum habeat.

10

VII.⁹ Nam satius est matrimonium contrahere quam vri.

15

20

[32 b] VII.¹⁸ mulier que habet maritum infidelem, et is assentitur vt habitet cum ea, ne dimittat illum. ¹⁷ Sanctificatus est enim maritus incredulus per vxorem,

25

VII.¹⁹ Circumcisio nihil est, et preputium nihil est, sed observatio mandatorum dei

30

[33 a] VII.²² Etenim qui in domino vocatus est seruus, liberus domini est. Similiter et qui liber vocatus fuit, seruus est Christi . . . ²⁴ Vnusquisque in eo,

35

temporaria non est. Mors soluit vescendi necessitatem, at non dirimit coniunctionem cum Christo.

Videtur Paulus aliquid optare quod exigere non audet, propter infirmitatem carnis ne quod optimum est affectantes, per occasionem in deteriora prolaberentur.

Vri enim secundum Ambrosium est cum voluntas calori carnis consentit. Vri igitur est, pati flammam carnis non quascunque, sed eas que citra immundiciam vinci non possunt. Et sunt qui hunc locum intelligi volunt de igne gehenne, quem sentient qui extra connubium non continent.

Siquidem vxor baptizata, rem habens cum viro nondum baptizato, non admiscetur ethnico sed obsequitur marito nec amat impium sed tolerat futurum pi-um.

Hec intelliguntur non de toto Iudaismo, nec de vniuersa gentilitate, in qua erant multa mala, sicut in Iudaismo erant multa bona, sed de genere rerum indifferentium.

Nam que de seruitute ac libertate dicta sunt, quodammodo locum habent in matrimonio ac celibatu. Matrimonio enim implicitus, quodammodo seruus

in quo vocatus fuit fratres maneat apud deum²⁵ De virginibus autem preceptum domini non habeo, consilium tamen do . . .
²⁷Alligatus es vxori? ne quere diuortium. Solutus es ab vxore? ne queras vxorem.

VII.²⁸ Ego vero vobis parco.

VII.³⁴ Innupta curat ea que sunt domini, [33 b] [vt] sit sancta cum corpore tum spiritu. Contra, que nupta est curat ea que sunt mundi, quomodo placitura sit viro.

³⁵Hoc autem ad id, quod vobis conducibile est dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed vt quod honestum ac decorum est sequamini,

est. At qui celebs viuut huic liberius viuendi potestas est.

5

Ego vero vobis parco, idest Fortiores continendi rationes non profero, cum sitis incapaces et 10 infirmi, celibatus felicius est, matrimonium vero quibusdam magis tutum.

Perinde quasi de vxore dicat Vxor quoniam sui iuris tota non 15 est, non potest tota vacare Christo, sed in diuersas curas dissecta, dimidiata seruit Christo, dimidiata matrimonio.

Hoc autem ad id etc. veluti di- 20 cat. Totus autem hic sermo meus, quo celibatum effero, ne quis aliorum vertat huc tendit, non quo vobis libertatem adimam contrahendi matrimonii, 25 aut necessitate adigam in aliquod vite genus, quod cuiusquam animo non sedeat, sed amico consilio, vestris consulo commodis, vt cum sciatis vtri- 30 usque ius esse vobis, ad id potius vergatis, quod preter decus honesti, libertatis quoque commodum habet adiunctum, per quam celibi licet perpetuo stu- 35 dio seruire Christo.

VII.⁸⁸Itaque qui elocat nuptum, bene facit. Attamen qui non elocat nuptum, melius facit.

5

VIII.¹Scientia inflat, charitas
10 vero edificat.

15

VIII.²Quod si quis sibi videtur ali- [34 a] quid scire, nondum quicquam nouit, quemadmodum oporteat scire.³At si quis
20 diligit deum, hic cognitus est ab illo.

VIII.⁴De esu igitur eorum que simulacris immolantur, scimus quod nullum est simulacrum in
25 mundo, et quod nullus sit deus alius, nisi vnus.

VIII.⁷Nonnulli vero cum con-
30 scientia simulacri vsque ad hoc tempus tanquam simulacris immolatum edunt, et conscientia illorum infirma cum sit, polluitur.

35

Quamuis enim matrimonium cum seruitutis et sollicitudinis incommodis coniunctum dicimus, tamen cum peccato non est coniunctum Legittima res est et honesta (sed inter personas legittimas) quibusdam etiam necessaria.

Perfecta cognitio quibusdam addit tumorem ac supercilium, etiam vsque ad aliene infirmitatis contemptum. Sicut ergo caro non prodest quicquam sine spiritu, ita scientia sine charitate nihil prodest, sed magis obest.

Quisquis apud deum sapiens est, is vere sapit. Etenim qui sibi placet, sueque studet glorie, neglecto fratris periculo, huius scientiam non approbat deus.

Quamuis simulachra adorentur ab ethnicis, tanquam illis aliquid numinis inesset, reuera tamen nihil aliud sunt, quam lignum aut saxum, neque plus habent diuinitatis, quam quiuis truncus indolatus aut rude saxum.

Non in omnibus est scientia id est cognitio illa diuina, qua intelligunt verum discrimen inter creatorem et creaturam ad verum et iustum creaturarum vsum. Nam si in omnibus esset scientia iam nullus offenderetur.

VIII.⁸ Atqui esca nos non commendat deo, neque si comedamus, aliquid nobis superest, neque si non comedamus, quicquam nobis deest.

VIII.⁹ Sed videte, ne quo modo facultas illa vestra offendiculo sit iis qui infirmi sunt.

[34 b] VIII.¹² Sic autem peccantes in fratres, et vulnerantes illorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis.

IX.⁴ An non habemus potestatem edendi ac bibendi?

[35 a] IX.¹⁰ Propter nos enim hoc scriptum est, quod sub spe debeat is qui arat arare, et qui triturat sub spe, spei sue participes esse debeat.¹¹ Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos vestra carnalia messuerimus?

Tacita obiectio firmorum sapientium ac si dicant Siue vescaris iis que sunt immolata simulachris nihilo fueris sanctor, siue non vescaris nihilo fueris 5 impurior.

Non hoc dicit Paulus quod probet alicuius infirmi vel superstitionem vel suspitionem, quia infirmitas non est collaudanda 10 aut alenda, sed vt ostendat esse Christiane charitatis ad tempus alicubi ferre aliorum infirmitatem.

Quia qui scandalisat infirmum 15 fratrem paruipendit pretium sanguinis Christi eiusque preceptis repugnat. Siquidem ille dixit Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis, qui in me 20 credunt.

Non semper spectandum quid liceat, sed quid expediat. Neque protinus sequendum quod potest defendi, sed hoc faciendum quod 25 suaserit Christiana charitas.

Et tamen simplici victu contentus debet esse is etiam qui in euangelico negotio fidelem nauat operam. Absit enim vt quisquam ex ea re coaceruat diuitias, que docet diuitias contemptum. Debet enim qui exercet tritiram in area domini, preter spem 30 eterni premij, presentis mercedis solatio laborem lenire. 35

IX.¹⁵ Nam bonum est mihi mori
potius, quam vt gloriationem
meam aliquis inanem reddat.

5

IX.¹⁹ Etenim cum liber sim
[35 b] ab omnibus, omnibus
meipsum seruum feci, quo plu-
res lucrifaciam,

10

IX.²⁴ omnes quidem currunt, sed
vnus accipit premium. Sic cur-
rite vt comprehendatis.

15

20

[36 a] X.⁴ Petra vero fuit Chri-
stus.

25

X.¹² Proinde qui sibi videtur
stare, videat ne cadat.

30

35

Non enim gloriatur apostolus
coram deo, sed gloriatur prop-
ter autoritatem euangelij coram
mundo, significans nec doctri-
nam suam nec conuersationem
suam posse reprehendi.

Ac si dicat. Quemadmodum in
quibusdam rebus licitis non sum
vsus meo iure, ita in aliis non
debitis me subieci, velut adstric-
tus ad ea, ad que non eram obli-
gatus.

Sic currite vt comprehendatis,
hoc est Non sit igitur vobis satis
vtcunque vestro fungi officio ac
penam effugere, pro viribus ad
summa enitendum est, atque ita
currendum in euangelico stadio
vt laudem non apud homines
sed apud deum assequamini, cui
nemo probatur, nisi qui valde
promouerit.

Quando Christus semper fuit
est atque erit vt alibi scribit apo-
stolus, idem est Christus qui hoc
prestitit palam et vere in nouo
testamento, quod olim prelude-
bat in figuris veteris testamenti.

Ac si dicat. Nemo sua firmitate
fretus contemnat infirmos, aut
solo baptismo fretus sibi salu-
tem promittat, nisi vitam adiun-
gat baptismo dignam. Quia huic
maxime cauendum ne cadat.
Tutissimum autem semper ad
meliora progredi, nec vlli gra-
dui fidere.

[36 b] X.¹⁴ Quapropter dilecti mei fugite ab simulacrorum cultu.

X.²³ Omnia mihi licent, sed non omnia edificant. ²⁴ Nemo quod suum est querat, sed quisque quod alterius est.

[37 a] X.³² Tales estote, vt nulum prebeatis offendiculum, neque Iudeis, neque Grecis, neque ecclesie dei, ³³ quemadmodum ego per omnia omnibus placeo, non querens meam ipsius vtilitatem, sed multorum, vt salui fiant.

[37 b] XI.⁴ Omnis vir orans, aut prophetans, quicumque habens in capite, probro afficit caput suum. Omnis vero mulier, orans aut prophetans non velato capite, dehonestat caput suum.

XI.⁶ Quod si fedum est mulieri tonderi aut radi, veletur. ⁷ Vir quidem non debet velare caput, cum is imago sit et gloria dei.

Fugite a cultu simulacrorum, idest, modis omnibus resilitate a cultu. idolorum quia quisquis cum illis vescitur, vt maxime firmus sit animo, tamen spetiem 5 de se prebet, quasi consentientis illorum superstitioni.

Magis perpendendum est quid fratri expediat quam quid nobis liceat. Nam quod ad cibos attinet, omnes cibi sunt nobis liciti si vrgeat necessitas, sed non quiduis expedit proximo, cuius gratia nonnunquam et a licitis temperandum est. 15

Ac si dicat. Hec omnia faciatis meo exemplo, qui me per omnia omnibus accommodo, vescens non vescens, accipiens non accipiens, Judaissans non Judaissans, non ad meam ipsius vtilitatem hec omnia temperans, sed ad vtilitatem multorum, quos meo venor obsequio non vt prede sint mihi, sed vt ad salutem 25 alliciantur.

In Christi nanque gloriam, equum est viro nudare caput, non solum amoto pileo, verum etiam derasa coma. Siquidem et coma 30 verius est operimentum corporis quam pars.

Honoratur Christus si vir aperto et nudato capite illi seruiat illiusque gloriam predicet, honoratur vir, si vxor pudore, silentio, cultuque verecundo, modestiam simul et obedientiam pre se ferat. 35

[38 a] XI.¹⁹ Oportet enim et sec-
tas in vobis esse, quo qui probati
sunt, manifesti fiant inter vos.

5

10 XI.²³ dominus Jesus in ea nocte
qua traditus est, accepit panem,
²⁴ et postquam gratias egisset,
fregit, ac dixit. Accipite, edite
Hoc meum est corpus, etc.

15

20 XI.²⁶ Quotiescunque enim co-
mederitis panem hunc, et de
poculo hoc biberitis, mortem
domini annuntiatis, donec ve-
nerit.

25 XI.²⁷ Itaque quisquis ederit pa-
nem [38 b] hunc, aut biberit de
poculo domini indigne, reus erit
corporis et sanguinis domini.

30

35

XII.¹ Porro de spiritualibus fra-
tres, nolo vos ignorare.² Scitis

18 VI

Quia ex hac re mala hoc quoque
boni capitur quod hinc magis il-
lucescit, qui vere probi sint, dum
ii (ceteris indecore tumultuanti-
bus et ingurgitantibus sese) agi-
tant sacra conuiuia modeste so-
brieque iuxta apostolorum pre-
scriptum ac veterem ecclesie
ritum.

Erubescant impij sacramenta-
rij, qui contra hanc tam mani-
festam apostoli sententiam, qui
contra tot seculorum concilio-
rum et sanctorum patrum fir-
mam fidem et luculentam inter-
pretationem audent impuden-
tissime ac perditissime negare
veritatem corporis Christi in eu-
charistia.

Annuntiare mortem domini, est
pro morte domini gratias agere,
quod nemo potest nisi qui sen-
tit quam sit res molesta peccati
sarcina.

Indigne manducant, in quorum
carne viuit et regnat peccatum,
et quos sui peccati vere non pe-
nitet. Nam ii corpus Christi lu-
dibrio habent. Indigne accedunt,
qui se dignos fieri putant, hu-
mana tantum preparatione. In-
super indigne accedunt qui non
credunt sibi peccata remitti,
quia illi non recordantur mor-
tis Christi.

Ac si dicat. Superest vt quem-
admodum olim impiam religio-

quod gentes fuistis, et ad simulacra muta vtcunque ducebamini sequentes.

[39 a] XII.¹¹ sed omnia hec efficit vnus ille et idem spiritus, diuidens peculiariter vnicuique sicuti vult.

XII.¹⁴ Etenim corpus non est vnum membrum sed multa.

[39 b] XII.²¹ At non potest oculus dicere manui, non est mihi opus te, aut rursum caput pedibus, non est mihi opus vobis.

XII.²⁸ Et alios quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, deinde prophetas, tertio doctores, deinde potestates, deinde dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarum.

[40 a] XIII.⁴ Caritas patiens est, benigna est, caritas non inuidet, caritas non est procax,

nem moribus ac ritibus impiis equiparastis, ita nunc vere sancteque religioni piis moribus respondeatis, vt quicquid inter vos geritur sic geratur vt appareat afflatu diuini spiritus geri. 5

Ac si dicat. Nihil est quod hic sibi quisquam vel placeat, cum sint aliena que habet ac dispensat, vel displiceat quando distributio pendet ab arbitrio spiritus sancti. 10

Mysticum corpus quod est ecclesia, constat ex capite Christo et membris, hoc est, vniuersis fidelibus Christo credentibus, et per charitatem Christo adherentibus. 15

Quod in membris naturalibus est compertum, idem in membris spiritualibus (que ecclesiam constituunt) sentiendum est, vt quemadmodum excellentiora membra indigent officio crassiorum membrorum, ita superiores opus habent ministeriis subditorum ac inferiorum. 25

Hic palam aperit apostolus rationem membrorum mystici corporis, esse pro diuersitate donorum et varietate gratiarum, aliam et aliam officiorum et ministrationum functionem. 30

Ac si dicat. Hec est vnica virtus nimirum caritas, que sola comonstrat quatenus virtutibus sit 35

non inflatur,⁵ non est fastidiosa, non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,⁶ non gaudet de iniustitia, sed con-
5 gaudet veritati,⁷ omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

[40 b] XIII.¹² Cernimus enim nunc per speculum in enigmate,
10 tunc autem facie ad faciem,

XIV. ¹ Sectemini charitatem, emulemini spiritualia, magis
15 tamen vt prophetetis.² Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo, nullus enim audit, spiritu vero loquitur mysteria.³ Ceterum qui prophetat,
20 hominibus loquitur edificationem, et exhortationem, et consolationem.

XIV.⁶ Nunc autem fratres, si
25 veniam ad vos linguis loquens, quid vobis prodero? nisi vobis loquar aut per reuelationem, aut per scien-[4 I a]tiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam.
30

XIV.¹⁵ Orabo spiritu, sed orabo et mente. Canam spiritu, sed canam et mente.
35

vtendum, quas frustra tenemus, si nesciamus vti. Ceteras dotes viciat ambitio, viciat liuor, viciat dissidium, a quibus omnibus procul abest charitas. Nec aliud vocat charitatem quam studium dilectionis dei et proximi.

Hinc ait beatus Dionysius. Impossibile est aliter nobis lucere diuinum radium, nisi circumuelatum variis velaminibus sensibilibus rerum.

Veluti dicat Paulus. Que tam magna predicamus de charitate, non eo tendunt, quod relique dotes negligende sint aut fastidiende, sed ita sectemini charitatem, vt nihilo secius interim probetis ac suspiciatis genera linguarum, sed his magis prophetiam, quando maior est qui prophetat quam qui loquitur linguis.

Huc tendunt exempla per Paulum adducta, vt intelligamus inutilem esse linguarum peritiam, si non adfuerit interpres prophetie dono preditus, qui ad edificationem ecclesie reuelat ea, que sub linguarum inuolucro latent.

Orabo spiritu, idest, orabo non solum voce cum res postulat sed etiam animo ac mente. Canam laudes dei organis vocis, sed etiam cogitatione animi.

[41 b] XIV.²⁰ Fratres ne sitis pueri sensibus, sed malitia pueri sitis, sensibus vero perfecti sitis.

Ac si dicat. Sunt dotes que congruunt primum iniciatis Christo, sunt que decent iam profectiones. Neque enim iam vobis satis est si nemini nocueritis, 5 enitendum est vt iam adulti et prodesse valeatis omnibus.

XIV.²⁷ Siue lingua quis loquitur, fiat per binos aut ad summum ternos idque vicissim et vnus interpretetur.

Idcirco debet adesse interpres vt qui loquuti sunt non videantur sibi solis loquuti sed etiam 10 aliis ad vtilitatem, nimirum accedente interpretatione.

[42 a] XIV.³⁴ Mulieres vestre in ecclesiis sileant, nec enim permissum est illis vt loquantur, sed vt subdite sint quemadmodum et lex dicit. Quod si quid discere volunt, domi suos viros interrogent.

Paulus vetuit ne mulieres in ecclesiis loquantur, quando decet illas esse in silentio vt alibi dicit apostolus, sed nunc illis passim permittitur quod maius est, nimirum in ecclesiis cantillare, ac modulatis vocibus lasciuire. Nam si turpe est mulieribus in 20 cetum loqui, parum erit decorum si inter viros et cum viris, vocibus iubilando et cantillando certent.

XIV.³⁹ Proinde fratres, ad id enitamini vt prophetetis, et loqui linguis ne vetueritis.

Et linguis loqui ne vetueritis. Si 25 hoc Pauli preceptum seruant ii qui etiam contendunt vnicam latinam linguam (nedum plures) e templis Christianorum arcendam, eruditorum et sapientum 30 est iudicium, vt ecclesia semper habuit latinam linguam, ita semper ecclesia prophetas latine lingue interpretes, si quando opus esset interpretatione. 35

[42 b] XV.³ . . . quod Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris, secundum scripturas,

Nam scripture dicunt, vt tanquam ouis ad occisionem duceretur, vt suo liuore nostris ma-

XV.⁹ Ego enim sum minimus
5 apostolorum, qui non sum idoneus ut dicar apostolus, propterea quod persecutus sum ecclesiam dei,¹⁰ sed gratia dei sum id quod sum. Et gratia eius que
10 perfecta est in me, non fuit inanis, sed copiosius quam illi omnes laboraui,

[43 a] XV.¹⁷ Quod si Christus non resurrexit, inanis videlicet
15 est predicatio nostra, inanis autem est et fides vestra.

20 XV.²¹ Postquam enim per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum.²² Quemadmodum enim per Adam omnes moriuntur, ita et per
25 Christum omnes viuificabuntur.

[43 b] XV.³³ Ne decipiimini. Mores bonos colloquia corrumpunt mala.³⁴ Expergiscimini iuste, [et] ne peccetis.

30

35

lis mederetur ut de ligno crucis regnaret, ac diaboli tyrannidem frangeret.

Tametsi Paulus erat postremus ordine temporum, tamen functione muneris euangelici non gessit se in postremis sed plus laboris exhausit quam quisquam alius apostolorum nequis hoc nomine Paulo minus auctoritatis tribuat, quod vltimus sit apostolorum.

Si Christus non resurrexit, superuacanea est fides vestra qua credidistis vos per fiduciam in illum factis immunes a peccatis, nec baptismo quicquam actum est quo mystice per Christum interim reuiuiscimus.

Oportet enim imaginari duo corpora, vnum morti obnoxium, quod pendet a capite Adam, alterum immortalitati destinatum, quod pendet a capite Christo.

Faber Stapulensis sic inquit. Omnia sane verba impiorum, omnia carnalium, bonos mores corrumpunt. Christus castos mores requirit. Quid adolescentum auribus, quid eorum tenellis et incorruptis animis ingeram Tibullum Catullum Terentij lenas et lenones? Ouidij heroidas molles et id genus veneficarum et mortiferarum syrenum cantus? Que omnia vir

[44 a] XV. ⁴⁰ Et sunt corpora celestia, et sunt corpora terrestria. Uerum alia quidem celestium gloria, alia vero terrestrium.

XV. ⁴⁴ Est corpus animale, et est corpus spirituale,

[44 b] XV. ⁵⁴ tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. ⁵⁵ Ubi tuus mors aculeus? vbi tua inferne victoria?

XV. ⁵⁸ Itaque fratres mei dilecti, stabiles sitis, immobiles, abundantes in opere domini semper, cum sciatis quod labor vester non est inanis in domino.

[45 a] XVI. ¹³ Uigilate, state in fide, viriliter agite, estote fortes, omnia vobis cum charitate fiant.

prudens, tanto magis vir Christianus, tanquam naufragiorum scopulos deuittabit.

Nam corpora beatorum celestia erunt, nullo pondere deorsum 5 pressa, in sublime nulla resistentia, nullaque difficultate nitentia, et diuine lucis capatia Miserorum autem grauia, inertia, opaca, horrendis offusa te- 10 nebris.

Spiritus enim accipitur pro vi diuina operante in homine, ac mouente hominem. Anima vero, pro naturali vita et natura- 15 li motu, sed corpus est vtriusque instrumentum

Et Esaias exultans aduersus mortem internitione deletam dicit ca. xxv. Precipitabit do- 20 minus mortem in sempiternum, et opprobrium populi sui auferet Et psal. cxxiiij. Laqueus contritus est et nos liberati sumus.

Sitis igitur stabiles, quando per 25 futuram resurrectionem certum est prestari tantam felicitatem que tamen non continget nisi iis qui hic per innocentiam et peccati fugam, celestem vitam me- 30 ditati fuerint.

Vigilate aduersus insidias male suadentium. State in fide semel suscepta, aduersus ea que obsistunt euangelio, sitis infracto 35 animo, sitis robusti ac validi, nihil apud vos geratur per contentionem, sed omnia per charitatem.

[45 b] XVI.²² Si quis non diligit dominum Jesum Christum, sit anathema, maran atha.

Sit anathema Maran atha, idest pereat in aduentu domini. Siquidem Maran atha, interpretatur dominus noster venit, ac si dicat Paulus. Sit illi anathema quia negat illum venisse, quem tamen venisse constat.

5

[46 a]

Ep. II ad Corinthios.

[46 b] I.⁵ Quoniam sicut abundant afflictiones Christi in nobis, ita per Christum abundat et consolatio nostra.

Videtur enim Paulus id imprimis optare vt clementissimus ac optimus deus temperet consolationem suam pro malorum modo et quantitate, vt quo grauiora illius causa passi sumus hoc maiore solatio reficiamur.

15

[47 a] I.¹¹ simul adiuuantibus et vobis, per deprecationem pro nobis, vt ex multis personis, pro dono in nos collato, per multos gratie agantur pro nobis.

Apostolus vt doceat nos de nostra bonitate parum esse presumendum, de aliena quamplurimum, quo magis exaudiamur a deo, optat pro se multorum fidelium deprecationes et gratiarum actiones.

I.¹² Nam gloriatio nostra hec est, testimonium conscientie nostre, quod cum simplicitate et sinceritate dei non sapientia carnali, sed per gratiam dei conuersati fuerimus in mundo, abundantius autem erga vos.

De sapientia carnali sic dicitur Jacobi iij. Non est ista sapientia desursum, sed terrena animalis diabolica. De simplicitate prouerbiorum ij. Recti habitabunt in terra, et simplices permanebunt in ea. Et cum simplicibus sermocinatio dei.

30

[47 b] I.¹⁷ Ut sit apud me, quod est etiam, etiam, et quod est non, non.

Etiam et etiam, et non non vocat apostolus sermonem constantem solidum et efficacem ac immutabilem nec humano more vacillantem, quia quod affirmat apostolus solide affirmat, et quod negat constanter negat.

35

[48 a] II.⁴Nam ex multa afflictione et anxietate cordis scripsi vobis, per multas lachrymas,

II.⁸ Quapropter o[b]secro vos, efficite vt valeat in illum charitas.

[48 b] II.¹⁷ Non enim sumus vt plerique cauponantes sermonem dei,

III.⁵ non quod idonei simus ex nobisipsis cogitare quicquam, tanquam ex nobisipsis, sed si ad aliquid idonei sumus, id ex deo est,

[49 a] III.⁶ Nam littera occidit, spiritus autem viuificat.

Quia nihil mihi tristius quam si videro in vobis que vestra professione sunt indigna, nihil letius quam si conspexero in vobis nihil esse quod vituperari possit. 5

Indicat apostolus famosum illum adulterum non odio sed charitate fuisse condemnatum, in hoc tantum vt resipisceret ac seruaretur, ideo hortatur vt nunc 10 alacriter et amanter recipiant correctum, quia hoc est charitatem valere et efficacem esse in illum.

Cauponari sermonem dei, est 15 verbum dei predicare ad ambitionem, questum, delitias, et voluptates vite, atque suum spargere odorem, magis quam odorem dei. 20

Tametsi in nobis sunt vires liberi arbitrij, ille tamen non sunt ad salutem sufficientes, nisi a gratia dei preueniente, comitante, et perficiente, iuuentur ac 25 roborentur.

Littera simplicissime significat doctrinam, nempe quicquid scribitur, legitur, auditur, ac dicitur, adeoque omne opus, quod 30 (littera docente, non spiritu viuificante) fit, Hoc est, omne opus, omnis doctrina, omnis cogitatio, que non viuuit intra cor, id est que est sine charitate, hoc est amo- 35 re dei et proximi, littera est, atque omnis hypocrisis, simulata penitentia, simulata externis ce-

5

10

III.¹⁷ Porro vbi spiritus domini,
ibi libertas.

15

[49 b] IV.² neque dolo tractantes
verbum dei, sed manifestatione
veritatis commendantes nos ipsos
apud omnem conscientiam hominum
in conspectu dei.³ Quod si adhuc
velatum est euangelium nostrum,
in his qui pereunt velatum est,⁴
in quibus deus huius seculi
excecavit sensus incredulorum,

25

IV.⁵ Non enim nos ipsos
predicamus, sed Christum Jesum
dominum, nos autem seruos vestros
propter Jesum.

30

[50 a] IV.¹⁰ Semper enim nos
qui viuimus in mortem tradimur
propter Jesum, vt et vita Jesu
manifestetur in mortali carne
nostra.

35

remonii pietas, dolor conscientie sine fiducia diuine misericordie, sunt littera. Spiritus est vita et efficacia ac fructus spiritus sancti in cordibus nostris per amorem dei ac proximi. Igitur externa omnia si sola sunt, littera dicuntur, si vero viuunt in corde, quando mens est amans dei et proximi spiritus sunt.

Vera libertas est libera vacatio animi a iugo diaboli et a seruitute peccati, ad contemplandum, diligendum, et operandum ea que dei sunt.

Optima est commendatio, qua sincera vita sic nos commendat vt non sit opus humana commendatione. Nam quod euangelium non omnibus patet (et ideo non confert omnibus salutem) ipsorum vitio fit non euangelij aut apostolorum.

Predicare semetipsos, est predicare se et humanas vires esse authores humane salutis, suam querere gloriam, laudem et honorem, et vix agnoscere se esse seruos verbi dei.

Manifestatur autem vita Christi in corpore nostro, vel quando per illum eripimur a morte, vel quando contempta corporis vita, palam testamur et asserimus corporum resurrectionem.

IV.¹⁶ Propterea non defatigamur, sed quamuis externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur in dies singulos.

[50 b] V.² domicilio nostro quod e celo est superindui desiderantes,³ si tamen induti, non nudi reperiemur.

V.¹⁰ Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, vt reportet vnusquisque ea que fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum siue malum.

[51 a] V.¹⁴ Charitas enim Christi constringit nos,

V.¹⁶ Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnem.

Per externum hominem intelligit corpus (quod quotidianis laboribus conficitur) nimirum crassiorem hominis partem. Per internum vero hominem intelligit animum, meliorem partem nostri, qui indies fit vegetior ac valentior, spe future immortalitatis quodammodo repubescens. 5

Indutos vocat apostolus spe immortalitatis amictos ex fiducia bone vite, Nudos vero fide, charitate et innocentia vacuos intelligit. 10

Erubescant (huius loci lectione) impudentes illi bonorum operum hostes, negantes adeo utilitatem bonorum operum, vt contendant etiam ea esse peccata mortalia. Si bona opera sunt peccata mortalia, adeoque mala, cur igitur Paulus discernit bonum a malo, ostendens alia esse bonorum, alia esse malorum premia? Nec dicit vnumquemque reportaturum quod credidit tantum, sed quod fecit siue bonum siue malum. 15 20 25

Ac si dicat. Non per iactantiam aut studium inanis glorie, equamus nos ceteris apostolis sed per charitatem, quia non in nostram sed in dei laudem cedit, si quid egregie per nos quidem gestum est. 30 35

Neminem nosse secundum carnem, est non estimare hominem ex carnis propinquitate vel af-

5 V.²⁰ Itaque nomine Christi le-
gatione fungimur, tanquam deo
vos obsecrante per nos, roga-
mus pro Christo, reconciliemi-
ni deo,

10

V.²¹ eum enim qui non nouit
[51 b] peccatum, pro nobis pec-
catum fecit,

15

VI.² Ecce nunc tempus accep-
tum, ecce nunc dies salutis.

20

VI.⁴ sed in omnibus commende-
mus nos ipsos vt dei ministri, in
tolerantia multa,

25

[52 a] VI.¹⁵ que concordia Chri-
sto cum Belial?

30

35 VI.¹⁷ Quapropter exite de me-
dio illorum, et separemini ab
illis, dicit dominus,

finitate, sed ex vita pura, sancta
et sincera, que innocentie ac
patientie Christi est imitatrix.

Reconciliemini deo, idest, con-
tendite pacem habere cum deo,
per fidutiam erga illius miseri-
cordiam et per penitentiam su-
perioris vite. Frustra fiditur deo,
sine vite correctione, et inno-
centie studio.

Peccatum quandoque pro hostia
ponitur vt Ozee iijj. Peccata
populi mei comedent, idest ho-
stias oblatas pro peccatis populi
mei.

Tempus acceptum et placabile
est tempus quo deus non auer-
satur peccatorem ex animo re-
sipiscentem.

Hoc est commendemus nos ip-
sos non fastu, non opibus, non
questu, non doctrina libertatis
carnalis, vt faciunt quidam, sed
eisdem rebus, quibus se com-
mendauit Christus nimirum
multa patientia, omniumque
virtutum studio.

Belial enim hebreis significat
malum et iniquum, aut etiam
noxium demonem. Christus
omnia fecit vt prosit, Contra
Belial etiam cum iuuat, in hoc
iuuat vt noceat.

Ac si dicat. Impij mores vere
polluti sunt, et periculosum ha-
bent contagium quorum com-
mertio caueat ne vestra puritas

VII.¹ Has igitur promissiones cum habeamus charissimi, mundemus nosipsos ab omni inquinamento carnis ac spiritus,

[52 b] VII.⁵ Foris pugne, intus terrores.

VII.⁸ Nam etiamsi contristauit vos per epistolam, non me penitet, tametsi penituerat. Video nanque quod epistola illa, tametsi ad tempus contristauit vos,⁹ nunc gaudeo, non quod contristati fueritis, sed quod contristati sitis ad penitentiam.

VII.¹⁰ Nam qui secundum deum est dolor, is [53 a] penitentiam ad salutem haud penitentiam parit, contra, mundi dolor mortem adfert.

inquinetur. Non in loco sed in affectibus est fuga quam suadeo.

Mundemus nosipsos, idest, purgemus nosipsos, vt huiusmodi promissionibus digni videamur, idque memoria passionis Christi, ac contritione et dolore peccatorum nostrorum.

Foris pugne intus terrores quia ab euangelij hostibus cedebamus, sed fidelibus interim metuebamus, ne nostris malis consternati diffiderent.

Contristauerat Corinthios apostolus, sed inuitus, cogente scilicet illi rei indignitate, sed quia bene cessit contristatio, eum illius non penitet, fructu contristationis exhilaratus tametsi antea aliquo modo penitisset cum adhuc esset incertus fructus.

Dolor secundum deum facit vt homines cognoscant peccata sua, confiteantur se merito affligi, et expectant salutem ac redemptionem, offerentes deo sacrificium iusticie.

Dolor secundum mundum facit dolentes irasci iudiciis dei, hij sicut non agnoscunt peccata sua, et non confitentur se merito affligi, ita nec sperant se redimi. De primo Danielis iij. Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti. Et eiusdem ix. Nobis confusio, tibi autem domino deo nostro misericordia et propitiatio. De secundo Hie-

VII. ¹⁴ quod si quid apud illum
de vobis gloriatus sum, non fu-
5 erim pudefactus,

[53 b] VIII. ¹ Certiores autem
10 vos facio fratres de gratia dei
que data fuit in ecclesiis Mace-
donie, quoniam per multam pro-
bationem afflictionis exuberavit
gaudium illorum, et profunda
15 paupertas illorum exundavit in
diuitias simplicitatis ipsorum.

20 VIII. ⁸ Non secundum imperium
loquor, sed per sollicitudinem,
erga alios etiam vestre dilectio-
nis synceritatem approbans.

25

30

[54 a] VIII. ¹² Etenim si prius
adsit animi promptitudo, ea iux-
35 ta quicquid illud est, quod pos-
sidet aliquis, accepta est, non
iuxta id quod non possidet.

rimie .ij. Absque peccato et in-
nocens ego sum.

Pudefactionis periculo se expo-
nit, qui alium commendat quia
si commendatus commendatio-
ni non respondet, iam pudorem
habet commendator.

De communionem rerum.

Possidere res non est peccatum,
sed cum alterius iniuria possi-
dere peccatum est, i. Corin. vij.
Qui emunt tanquam non possi-
deant, i. ad Timotheum vltimo.
Diuitibus huius seculi precipere,
non sublime sapere, imo pre-
ceptum est omnibus vt rem fa-
ciant ad Ephe: iiij. Laboret ope-
rando manibus vt habeat vnde
tribuat necessitatem patienti.

Ex hoc loco quidam collegerunt
communione rerum non pre-
cipi sed consuli, Deutero. tamen
xv. precipitur vbi dominus dicit.
Precipio tibi vt aperias manum
fratri tuo egeno et pauperi. Et
Luce vi. Omni petenti te tribue.
Et Luce .xi. precipitur dari ele-
mosyna de his que supersunt.
Quando vero superest, indicat
Paulus i. ad Timo. vlti. Habentes
victum et amictum his con-
tenti simus.

Ac si dicat. Cum vltro suppetit
animi promptitudo, satis est si
iuxta modum facultatum tem-
peretur largitio. Nec enim exi-
gitur vt dones quod non habes.

[55 a] IX.⁶ Et qui sementem facit libenter, ac benigne largiendo, copiose messurus est,⁷ vnusquisque secundum propositum cordis, non ex molestia, aut ex necessitate. Nam hilarem datorem diligit deus.

IX.⁹ iustitia eius manet in seculum.¹⁰ Porro qui suppeditat sementem, is et panem in cibum suppeditet, et multiplicet sementem vestram, et augeat prouentus iustitiae vestre,

[55 b] X.¹ Ceterum ipse ego Paulus obsecro vos per lenitatem et mansuetudinem Christi,

X.⁴ Siquidem arma militie nostrae non carnalia sunt, sed potentia deo, ad demolitionem munitiorum, quibus consilia demolimur . . .⁷ Si quis de seipso confidit quod Christi sit, illud rursum perpendat ex seipso, quod quemadmodum ipse Christi est, ita et nos Christi sumus.

[56 a] X.¹⁰ Nam epistole quidem, inquit, graues sunt et ro-

Largius enim ac libentius dat qui sponte dat, malignius donat, qui cum merore veluti coactus donat, et verbis male ominantibus, cuius donum magis videtur extorsio quam donatio. 5

Nam hilarem datorem diligit deus, id est, alacrem voluntarium ac spontaneum, et veluti exultantem, dandi occasionem 10 contigisse.

Iustitia eius manet etc. quia bona pietatis ac iustitiae pars est munificentia qua sanctorum inopie subuenitur, quando sic redditur vniciuique quod suum est. 15

Per lenitatem et mansuetudinem, id est per patientiam et humanitatem. Nam lenis est qui non temere irascitur. Mansuetus autem qui etiam iratus facile placatur. 20

Spiritualis est enim dignitas et apostolica potestas, non corporalis. Si quis igitur hoc nomine sibi placet quod Christi sit vel quod hunc mortalem viderit vel quod huic sanguinis propinquitate iunctus sit, is stulte sibi placet, quando non minus per fidem sunt Christi, qui nullo propinquitatis gradu Christo attinent, nec etiam mortalem in carne corporaliter viderunt 35

Hec dicit Paulus in persona cuiusdam quem honoris causa non

buste, at presentia corporis infirma, et sermo contemptus.

5

X.¹⁴ Non enim quasi non pertingamus vsque ad vos, extendimus nos ipsos supra modum. Nam vsque ad vos quoque peruenimus in euangelio Christi,¹⁵ non in immensum gloriantes super alienis laboribus,

15

[56 b] XI.¹ Utinam tolerassetis me paulisper in insipientia mea.

20

XI.⁵ Arbitror enim me nihilo inferiore fuisse eximiis apostolis.⁶ Ceterum licet imperitus sim sermone, non tamen scientia.²⁵ Uerum ubique manifesti fuimus in omnibus erga vos.

30

[57 a] XI.¹⁰ Est veritas Christi in me, quod hec gloriatio non interrumpetur contra me in regionibus Achaie.

35

nominat, quasi dicat aliquis de Paulo. Paulus epistolas mittit arrogantes et potentes. Ceterum cum adest ipse, iam sui dissimilis nihil pre se ferens maiestatis, cuius oratio humilior, non hoc tonat quod tonant epistole.

Ac si dicat. Satis est ingens hoc gloriandi argumentum, non quocumque modo peruenisse ad vos sed ita peruenisse, vt vobis predicauerimus euangelium Christi. Nec enim inuisimus iam persuasos, quod faciunt pseudapostoli, sed ipsi primi persuasimus.

Ac si dicat. Non mihi tempero quin aliquid magnificentius de me predicem, quamuis non ignorem argumentum esse stultitiae, iactare se ipsum.

Sint illi (si placet) sermone comptiores, certe scientia non illis concesserim. Nihil opus orationis lenocinio cum res adsit. Venditent illi se verborum phaleris, nos omnibus officiis declarauimus animum erga vos et vim apostolicam, neque quicquam passi sumus in nobis desyderari.

Hec gloriatio non interrumpetur, hoc est non deficiet, hoc enim dixit significans se in posterum etiam nihil accepturum, interrumpitur enim quod non est perpetuum.

XI. ¹³ Siquidem istiusmodi pseudapostoli operarij dolosi sunt, sumpta persona apostolorum Christi,¹⁴ atque haud mirum, quandoquidem ipse sathanas transfiguratur in angelum lucis.

XI.¹⁷ Quod dico, non dico secundum dominum sed velut per insipientiam, in hoc argumento gloriationis

[57 b] XI.²³ Ministri Christi sunt (desipiens loquor) excellentius sum ego,

XI.²⁸ preter ea que extrinsecus accidant incumbens mihi quotidiana cura omnium ecclesiarum.²⁹ Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis offenditur, et ego non vror?

[58 a] XI.³² In Damasci ciuitate . . .³³ per fenestram in sporta demissus fui per menia, effugique

Pseudapostoli, non ex animo, sed ad suum questum ac fastum predicant euangelium, et cum a Christo missi non sint neque Christi negotium agant, tamen 5 falso sibi vindicant apostolici cognominis honorem, suas hereses simul infulcientes, velut faciunt ij qui letale venenum, quo magis fallant, admiscent 10 exquisitissimo vino.

Non dico secundum dominum, id est quod iam dico, non sapit purum illum Christi spiritum sed humanam potius stulticiam, 15 quemadmodum stultum vulgus gloriari solet, de huiusmodi rebus ex quibus non oritur vera gloria

Excellentius sum ego minister 20 Christi, quod ita esse non declaravi fastu, non capiendis muneribus, non iactanda gentis origine, sed his argumentis, que vere testantur pectus euangelicum, hoc est malorum tolerantia per summam patientiam. 25

Ac si dicat. Que hactenus recensui ad corporis dumtaxat afflictionem pertinent. At interim non leuius affligabar animo, quem vndique premit ac vrget sollicitudo, quotidie mihi incumbens pro salute multorum. 30

Ac si dicat Quid facerem, didiceram a domino preceptum 35 vt alicubi persecutionum seui-

5

XII.⁷ Et ne excellentia reuelationum supra modum efferrer, datus fuit mihi stimulus per carnem, nuntius satane,

10

15

20 [58 b] XII.¹¹ Factus sum insipientis gloriando. Uos me coegistis, nam ego debueram a vobis commendari.

25

30 XII.¹⁸ Nam quid est in quo fuistis inferiores ceteris ecclesiis, nisi quod ipse ego non fuerim vobis onerosus? Condonate mihi hanc iniuriam.

[59 a] XII.¹⁶ Sed esto, ipse non grauaui vos, verum cum essem astutus, dolo vos cepi. Num per
35 quenquam eorum quos misi ad vos, expilauit vos?

tiam declinaremus. Dictabat animus nondum adesse tempus obeundi martyrij, sed magis predicandi latius euangelij, sed vrgebat vndique tyrannus.

Hunc stimulum carnis nonnulli interpretantur motus et affectus libidinis, quod mirandum est vlli docto Theologo placere, quidam aduersam corporis valetudinem, vt dolorem capitis, alij putant ipsum apostolum morbo iliaco fuisse obnoxium. Ambrosius tamen id indicat quod vero proximum est, qui stimulum hunc putat assiduam insectationem malorum hominum, qua factum est vt animo non posset extolli.

Ac si dicat. Quando quicquid valui, vestro bono valui, vestre partes erant predicare de me que nunc indecore cogor de meipso predicare, atque sic lucrifacere opinionem stulticie.

Condonate mihi hanc iniuriam. Est autem Ironia exprobrantis et ideo hoc non est a Paulo simpliciter dictum. Cur enim postulat sibi ignosci, in quo profuerit?

Ex persona contradicentis sic fortasse arguit. Concedatur ita esse, quod neminem ipse grauaueris, sed cum sis astutus et vafer, per alios subornatos nuntios nos expilasti. Iccirco osten-

XIII.¹Hic tertius erit aduentus meus ad vos. In ore duorum testium aut trium constituetur omne verbum.

[59 b] XIII. ³ Quandoquidem experimentum queritis in me loquentis Christi, qui erga vos non est infirmus, sed potens est in vobis.

XIII.⁷Opto autem apud deum, ne quid mali faciatis, non quo nos probati appareamus, sed vt vos quod honestum est faciatis, nos vero veluti reprobis simus.
⁸Non enim possumus quicquam aduersus veritatem, sed pro veritate.

dit se neque per Titum neque per alium quemcunque aliquid ab eis extorsisse.

In ore duorum aut trium etc. hoc est Quisquis delatus fuerit, 5 is duorum aut trium hominum testimonio vel absoluetur vel damnabitur.

Experimentum vocat probationem ac documentum, quo vo- 10 lebant Corinthij temere facere periculum an precepta Pauli essent ab humano spiritu, vel a dei spiritu profecta.

Studiosa est hic bonorum ope- 15 rum commendatio, quando primum hortatur ad id faciendum quod honestum est, deinde cum dicit. Non enim possumus quicquam aduersus veritatem, id est, 20 aduersus innocentiam, que vite veritas est, sed pro veritate, id est, pro defensione innocentie.

EPISTOLA NOMINE CAPITULI
ROSCILDENSIS AD CHRISTOPHORUM
COMITEM OLDENBURGENSEM
SCRIPTA

1534

Epistola Pauli Eliæ Carmelitæ nomine
 Capituli Roeschildensis ad Christophorum
 Comitem Oldenburgensem scripta.

5 **G**ratiam, prosperitatem et pacem in Domino ac
 salutem. Non solum ex literis clariss. tuæ Cel-
 situdinis, sereniss. Princeps, verum etiam ex re ipsa
 abunde intelligimus qvanto studio jugiter contendis,
 illustriss. Principem Christiernum tuum consangvi-
 10 affligitur, captivitate vindicare. Ad qvam rem perficiendam qvum opus est grandi pecunia, a nobis postulas ut qvod reliqvum est auri et argenti apud Ecclesiam Roschildensem, exceptis paucis calicibus, totum e vestigio collectum ad tuam Celsitudinem transmittamus. Nos vero piissimis votis tuis æqvissimis-
 15 qve conatibus non minus qvam qvi maxime faventes offerimus nos ad ea semper præstanda, qvæ inoffenso Deo præstari possunt. Dignetur itaqve scire clariss. tua Celsitudo, hujus Ecclesiæ thesaurum non tantum esse, qvantum olim fuerat, et nunc ab exactio-
 20 num nostrarum ignaris fortasse putatur. Nam bona pars autoritate ejusdem illustriss. Regis Christierni olim est ablata, nec multo post illius qvoqve successor Rex Fridericus magnam partem sustulit, testibus
 25 ad hanc rem potioribus hujus Regni Magnatibus. Et

jam nuper non contemnendâ summâ a tua Celsitudi-
 dine redempta est ejusdem Ecclesiæ nostræ Privile-
 giorum confirmatio, quæ utinam sic nobis servari
 possit, ut jure [95] debeat semper illibata ac inviola-
 ta. Igitur quæ jam supersunt, minora sunt et pauciora 5
 quam pro tanti et tam celebris templi dignitate. Et
 tamen promptissima obedientia jam sedecim calices,
 cum aliis quibusdam argenteis reliquiis misimus, quæ
 tuæ Celsitudini fratrum nostrorum manibus offe-
 runtur. Habebat quidem Ecclesia Roschildensis ut 10
 plura altaria, ita etiam plures calices, sed quos Pa-
 troni tam nobiles quam cives sibi nuper jure patro-
 natus usurparunt, eos suis sumptibus factos ad se
 pertinere testantes. Adhæc furum malicia proximis
 annis pro argenteis aheneos nobis calices supposuit, 15
 sed inauratos. Novem enim una nocte furto sunt
 ablati, unde factum est, ut ex Ecclesiæ Thesauris ni-
 hil nunc penes nos sit relictum præter beatissimi
 Lucii Martyris hujus Ecclesiæ atque adeo totius
 Diocæsis gloriosiss. Patroni testam argentea sed te- 20
 nuï quidem bractea veruntamen inaurata circumda-
 tam. Cujus memoriam ut habemus sacrosanctam,
 ita optaremus fore nobiscum perpetuam, nec de ullo
 unquam hoste quamlibet impio futurum suspicamur,
 ut illius sanctissimi viri memoriam nobis auferat, 25
 nedum de te Publico nostro defensore. Præter hanc
 etiam est relicta lignea divi Magni statua tenuissimo
 argento bracteata, quæ palam suspensa vix absque
 publico offendiculo nisi tuis officialibus præsentibus
 potest auferri. Et quanquam hæc pro tua voluntate 30
 tradidimus, pie præsumentes clarissimam tuam Cel-
 situdinem, nulla sacrilegii libidine ad hæc exigenda

commotam, sed mera perficiendi belli suscepti necessitate, tamen reclamante quodammodo conscientia tradidimus, non ignari eadem omnia nobis esse tradita, non ut traderentur, sed servarentur, aut in
5 pauperes potius divi Laurentii exemplo erogarentur, etiam certo scientes frustra parari belli sumptus, si ulla sacrilegii specie offensus sit Deus, e cuius nutu est omnis victoria. Faxit itaque divina Clementia, ut nec tibi exigenti imputetur hæc actio ad culpam,
10 [96] nec nobis tradentibus ad vindictam. Terrent nos horrenda superiorum seculorum exempla, quæ ex historiis tam sacris quam prophanis ob sacrilegas templorum prophanationes accidisse legimus ut apud Herodot. libr. 3 et Justinum libr. 1 de Cam-
15 byse Persarum Rege et apud Valerium Max. libr. 1 de Quinto Fulvio, apud Livium quoque libr. 9 de Pyrrho Epirotarum Rege. De Rege Balthazar Dan. 5. De Antiocho 1 Machab. 1 et 6. De Menelao 2 Machab. 4. De Alchimo 1 Mach. 9. De Nicanore 2
20 Mach. 15. De Antiocho illustri 2 Mach. 1. De Antiocho Magno Rege Syriæ 2 Mach. 1. De Pompejo Magno ut scribit Josephus libr. 1. Ex Christianorum historiis abunde satis succurrunt nobis exempla, si gentilium et Judæorum exemplis parum movemur,
25 ut de Juliano Cæsare, de Henrico Cæsare, de Frederico Cæsare, de Dagoberto Francorum Rege et de Clodoveo ejusdem filio atque item de aliis innumeris, a quorum suppliciis hoc tutior eris, quo fueris ab eorum sacrilega mente et actione magis alienus.
30 Itaque boni consule hanc tibi traditam rerum Ecclesiasticarum summam. Nos vero quod superest, studebimus piis votis et precibus ambire et implo-

rare divinam opem, sine qua nulla unquam contigit victoria, neque dubitamus, quin in eadem sis sententia, in qua fuit olim magnus ille Constantinus Cæsar Christianissimus, qui pro consequenda victoria plus se sacerdotum precibus quam militum 5 armis fidere dicebat. Christus Jesus (fortunatis omnibus quæ nunc pro publica pace et tranquillitate moliris) servet te in æternum.

Ex Roschildia die Apostolorum Simonis et Judæ
Anno Domini M.D.XXXIII. 10

Clarissimæ tuæ Celsitudinis
supplices et fideles servuli
Capitulum Roschildense.

TEKSTKRITIK

1 *Compendiosa et succincta regum Daniæ historia.*
 Tekstgrundlag: Hdskr. Hamburger Staats- u. Universitäts-Bibliothek Cod. hist. 24 (betegnet H), p. 1-54. Uppsala Universitetsbibliotek H 112 (betegnet U), fol. 30-45; dette Hdskr. begynder først ved S. 18,8, hvorfor H har maattet lægges til Grund for Aftrykket, uagtet U ofte byder bedre Læsemaader; i de Partier, hvor U mangler, er derfor undertiden Ortografien lempelig rettet efter U's Sædvaner. I H er Kongerne fortløbende numererede fra 1 til 103, ligesom der ogsaa er tilføjet Numre ved de Konger, hvoraf der forekommer flere af samme Navn; begge disse Slags Numre mangler ofte i U. Desuden mangler i U de danske Benævnelser paa adskillige Konger, som i H jævnlig findes tilføjede i Overskrifterne, sædvanlig i en anden Form end den, hvori de forekommer i Teksten, og vistnok med en anden Haand end den, der har skrevet Teksten; det er tvivlsomt, om de skyldes P. H. Efter H er hele Skriftet trykt af Erpold Lindenbruch (Leiden 1595). A. D. Jørgensen, som (Hist. Tidsskr. 5. R. VI, S. 323 ff.; 1886) først paaviste, at P. H. er Forfatteren, aftrykte Afsnittene om de tre oldenborgske Konger. H. Rørdam (Monumenta historiæ Danicæ, 2. R. II, S. 423 ff.; 1887) aftrykte Slutningen fra S. 32, 5; han var den første, der tog Hensyn til U.

1,5 adiuvalet] *rettet af Rørdam fra adiuvalet.* | 4,4 meruisset] *rettet af H, senere Haand, fra vicisset.* | 4,11 substituto] *rettet af H, senere Haand (?), fra substricto.* | 4,11 Gutturino H. | 4,12 Suigdagerus H, som ogsaa nedenfor. | 5,2 over consumpsit er i H med senere Haand tilføjet extinxit. | 5,5 Geffuemild er af H, senere Haand, rettet fra Geffmild. | 5,10 Hagekobing H, af senere

Haand rettet til Høgekobing. | 5,21 vrbis tilføjet af *H*, senere *Haand*. | 5,22 *fernacula H*, rettet af senere *Haand*. | 5,23-24 *infectus H*, rettet af senere *Haand*. | 6,3 *Haluardum*] *Salnardum H*. | 7,3 *Baldersflut*] rettet af *H*, senere *Haand*, fra *Baldesflött*. | 7,14 *paruerant*] rettet af *H*, senere *Haand*, fra *pariter* aut. | 7,16 *HORVENDILLVS*] rettet fra *HORVEPILILVS H*. | 7,17 *Iutis*] saaledes *Saxo*: *Eutis H*, rettet af senere *Haand* til *Gutis*. | 7,21 *Feggesund*] tilføjet i *Margen* af *H*. | 8,3-4 *dissimulavit*] *simulavit H*, men rettet i *Margen*. | 8,17 *muto*] rettet af *H*, senere *Haand*, fra *multo*. | 8,20 *probro*] rettet af *H*, senere *Haand*, fra *probo*. | 9,5 *ipse*] *ipsæ H*. | 9,9 *Hogrinium H*. | 10,1 *Fridleuio H*. | 10,3 *Fredegoedt*] rettet af *H*, senere *Haand*, fra *Fridegodt* (?). | 10,17 *H*, senere *Haand*, tilføjer i *Margen*: *Iesus Christus nascitur*. | 11,28-29 *obsuravit H*. | 11,29 *Sterchateri H*, rettet af senere *Haand* til *Stercatheri*. | 12,2 *quotidianos*] *quottannis H*, rettet til *quotianos* af senere *Haand*, der i *Kustoden* har rettet *quotianos* til *quotianos*. | 12,17 *froto H*. | 13,14 *HVGVINVS*] *HVGINIVS H*, men rettet af senere *Haand* (*Unguinus Saxo*). | 13,18-19 *Synaldo H*. | 13,20 *SIVALDVS*] *SINALDVS H*, men rettet af senere *Haand* (i *Margen* *Siwold*, rettet af senere *Haand* til *Sywold*). | 13,25-26 *Regnaldum*] *Segualdum H*, men rettet af senere *Haand*. | 13,29-14,1 *Sterchaterus H*. | 14,10 *SIVALDVS*] *SINALDVS H*, men rettet af senere *Haand*. | *Sywald*] *Suwald H*, men rettet af senere *Haand*. | 14,17 *Osmarus H*, men rettet af senere *Haand*. | 14,18-19 *Boricus H*, men rettet af senere *Haand*. | 14,21 og 24-25 *Drotam*] rettet efter *Saxo*: *Drolam H*. | 14,26 *Iurithæ*] rettet af *H*, senere *Haand*, fra *Iuritheo* (?). | 15,1 *accepit vxorem*] *acceptam sororem H*. | 15,2 *interfectis*] *interfectibus H*. | 15,4 *Hulletandt H*, senere *Haand*. | 15,8 *successo H*. | 15,19 *Alericum H*. | 15,25 *Sueonum*] *Sueconum H*, men rettet af senere *Haand*. | 16,16 *H* tilføjer i *Margen* *Starcatherus gigas*. | 16,20 *fortissimos*] rettet fra *fortissimum H*. | 18,3 *BRODERVS*] rettet af *H*, senere *Haand*, fra *BORDERVS*. | 18,8 *Her begynder U*. | *SNIO*] rettet af *H* fra *SINO*; i *U* er *Overskriften* *SNIO REX LIIII*. | 18,11 *habitum U* (og *Saxo*): *Statum H*. | 18,12 *submotam U* (og *Saxo*): *semotam H*. | 18,18 *barbis*] *Barba enim Germanica lingua dicitur bardt tilf. U*. | 18,20 efter vnde er i *H* indsat et *Tillægsblad*, hvorpaa med en senere *Haand* er

tilføjet de to Konger SYVARDVS (64) og SIGEFRIDVS (57); se nedensfor. Lindenbruch aftrykker ogsaa disse Stykker, men ved at udelade Numrene for de to Dronninger Hetha (46) og Margareta (98) faar han alligevel det samlede Tal paa Kongerne til at stemme. | 18,21 feruntur] fuerunt U. | Anno salutis 586] ab orbe reconciliato per Christum 686 U. | 18,23 BIORN mgl. U. | 18,24 succedit mgl. H. | 19,1 HARALDVS mgl. U. | 19,4 og 5 Gormon H. | 19,7 titulus tribuit] U (og Saxo): titulum tribuunt H. | 19,8 Germone H. | prorsus] U: poenitus H. | secretorum ac] H: secretarum et U. | 19,10-12 quæ . . . Saxo mgl. H. | 19,12 herefter tilføjes paa det ovenfor omtalte Tillægsblad i H:

SIGEFRIDVS.

57. Rex Sigefridus Gormonis filius Godefridi frater, cuius sororem Widekindus Saxonum Rex, seu vnus ex primoribus Westfaluorum, hospesque eius vxorem habuit, ex qua genuit Witperum. Hic legatos suos misit ad Carolum Magnum anno Christi 787, castris positis ad Lippiæ fontem, cum omni Francorum exercitu consedentem, atque per dies non paucos ibidem morantem. |

19,14 Gormonis . . . Gøtricus] Gotricus filius Gormonis fuit hic U. | 19,15 inquit Saxo mgl. H. | H, senere Haand, tilføjer i Margen: Circa annum Christi 797. | 19,17 castigabat] U (og Saxo): temperabat H. | alteram] alterum H. | 19,19 castra] H (og Saxo): arma U. | 19,23 confessus] est tilf. U. | 19,25 efter filius tilf. U regnat pro patre. | 19,26 interemptore] H: interfectore U. | 20,3 og 4 Henningus H, i Overskriften rettet fra Henningius. | 20,6 H, senere Haand, tilføjer i Margen Anno Domini 811. | 20,9 Hic mgl. H. | 20,11 occupabat] U (og Saxo): occuparat H. | 20,14 H, senere Haand, tilføjer i Margen Circa annum Christi 819. | 20,15 multis . . . admirabilis mgl. U. | stragematibus H. | 20,16 tamen mgl. U. | 20,17 interijt] U: perijt H. | 20,19 Rex . . . Klag] Iste Haraldus U. | Klag rettet fra Klagk H. | 20,19-20 insectatus] U, senere Haand: interfectus HU. | 20,21 H, senere Haand, tilføjer i Margen Ringonis filius † A. C. 826. | 20,23 impensa] U (og Saxo): impensione H. | 20,24 religionis Christianæ H. | 20,25 autem mgl. H. | sedecim annis U. | Her tilføjer H, senere Haand, 3 Siuardus, henvisende til følgende Stykke paa det ovenfor omtalte Tillægsblad:

SYVARDVS.

64. Rex Syuardus, Reginfredi, Saxoni Regneri cognomento Lodbrog filius, summis totius Daniæ concionis suffragijs paternum apprehendit imperium. Huius inter alia præcipua laus est, quod paternæ necis vindicem egit acerrimum. Erat autem vir vt animo acer, ita viribus robustus. Cuius fortitudinem et acrimoniam vna ex re vel maxime possumus perpendere. Nam paternæ necis accepto nuncio, hastile, quod forte manu tenebat, altius pedi stupefactus immersit, mæroris magnitudine corpoream negligente molestiam. Quo facto simul fortitudinem mæroremque detexit, fortunam suam inter calamitosum filium constantemque virum partitus. At post editas late strages, domestica claritate contentus, toga quam armis illustris haberi maluit, omissoque castrorum cultu, ex acerrimo tyranno exactissimum pacis custodem agere cepit, tantum decoris in ocio atque vacatione constituens, quantum ante in victoriarum frequentia repositum autumabat. Adeo autem studiorum eius mutationem fortuna fauorabiliter prosecuta est, vt sicut ipse neminem, ita nec ipsum quisquam hostiliter laceraret. |

21,3 aduersus H. | 21,3-4 Guttormum H. | 21,4 fratrualem] U: patrualem H. | 21,5-6 vsque . . . Barnn mgl. U. | 21,6 Guttormius U: Guttormus H. | 21,7 interemptus] H (og Saxo): peremptus U. | 21,9 Hic mgl. H. | 21,13 Bremensi] H: Hamburgensi U. | 21,15 volunt quidam] U: quidam volunt H. | et] H: qui U. | 21,16 extruxit] U: construxit H. | 21,18-19 etiam in Anglia] U: in Anglia quoque H. | 21,19 Lodbrog U. | 21,20 Orucis] U: Orbbicus] H, hvor dog det første b er overstreget. | 21,20-21 Godefredus H: Gotfridus U. | 21,21 Rotulphius, Sigfridus, Iuarus mgl. H. | 21,23 fratrum mgl. U. | primum] U: primo H. | 21,23-24 Norwegiam H: Noruagiam U. | 21,24 subiecerunt] U: subijciunt H. | 21,27 vero mgl. U. | 21,28 diuisit] U: dimisit H. | 22,1 sibi subdederunt] U: subegerunt H. | 22,2-3 omnemque] U: omnem quoque H. | 22,5 vnico] H: vno U. | 22,6 quod] U: quæ H. | 22,8 quinquennioque] U: quinquenio H. | 22,10 regnauit] U: regnat H. | 22,12 CANVTVS U. | 22,13 hirsutus pilosus mgl. U. | 22,14 H, senere Haand, tilføjer i Margen Circa annum Christi 860. | Lodnecanutus U. | 22,15 pene] H: fere U. | adolescente] U (og Saxo):

indolente H. | 22,17-18 e vita ad mortem transitum habuit] U (og Saxo): mortem vitæ commutavit H. | 22,20 Langefod H. | 22,23 H, *senere Haand, tilføjer i Margen* Circa annum Christi 880. | 22,26-23,1 secundum mgl. U (og Saxo). | 23,1 pontificem Romanum] H: Romanum pontificem U. | 23,5 og 6 Gormon H. | 23,6 H, *senere Haand, tilføjer i Margen* Circa annum Christi 882. | regnavit] U: regnat H. | 23,11 ob] Saxo: ab HU. | 23,12 monumentis mgl. H. | 23,16 H, *senere Haand, tilføjer i Margen* Circa annum Christi 902. | 23,17 hos] H: hic U. | *efter* puniebat tilf. aut H. | 23,19 religiosus] U (og Saxo): Christianis H. | 23,23 Hedelbardi U (*af senere Haand rettet til Edelradi*). | 23,24 Danckbod H. | 24,1 Blodtand H: mgl. U. | H *tilføjer i Margen* Eius pietatem et egregias laudes lege in Chro: Brem: | 24,2 Huius] H: His U. | 24,3 Otto H. | 24,3-4 totam pene] H: pene totam U. | 24,4 quo] U: qui H. | et] U: ac H. | 24,7 exterorum] H (og Saxo): exteriorum U. | 24,8 Schleswico H. | occidentalem oceanum] H (og Saxo): mare occidentale U. | 24,9 proscindere] H (og Saxo): perscindere U. | 24,9-10 Waldmarus H: Valdamarus U. | 24,10 Absolonn H: Asolon U. | 24,13 Tywskeg regni assertore mgl. U. | 24,14 H, *senere Haand, tilføjer i Margen* Anno 980. | 24,16 solemnem] H (og Saxo): solenni U. | 24,20 esse mgl. U. | 24,28 regno mgl. U. | 25,2 omnibus mgl. H. | 25,6-7 Esthoniæ U. | 25,8 Edeldardo H. | 25,11 ac] H: et U. | 25,13-14 filios duos] H: duos filios U. | 25,14 Albina H. | 25,15 super] U: supra H. | 25,16 Noruagensium H. | 25,17 autem mgl. H. | 25,24 martyris mgl. H. | 25,25 Danis et Anglis] U: Anglis et Danis H. | 25,27 fuerit] H: fieret U. | 25,28 possideret] U: occuparet H. | 26,3 Huius] H: His U. | 26,4 Daniæ] U: Danorum H. | 26,6 ac] U: et H. | 26,7 inde in] U: unde H. | 26,10 multi] U: quinque H. | 26,10-11 regnauerunt H. | 26,11 et] U: ac H. | H *tilføjer i Margen* Laus pij regis. | 26,12-13 charissimus] H: charus U. | 26,16 sua se] U: sese H. | dilexerunt U. | 26,17-18 regio . . . occursurus] H: occursurus regio funeri sollenni more U. | 26,18 iussit] H: misit U. | 26,19 duoque] H: duo U. | 26,20 efferri] H: ferri U. | Top-søw vre H: vicino U. | 26,30 quisque] *af U, senere Haand, rettet fra* quinque. | 27,3 quia] H: qua U. | reo] *af H, senere Haand, rettet fra* vero. | purgatione H. | 27,4-5 hoc nomine erat] U: erat

hoc nomine *H*; *men erat er tilføjet af senere Haand.* | 27,5 periculo *H.* | 27,11 Chanutus sanctus] *H*: S. Chanutus *U.* | 27,14 adhuc dubitare] *U*: hære *H.* | 27,15 pietatem religionemque] *H*: religionem *U.* | 27,15-16 spectantibus] *U*: pertinentibus *H.* | 27,18 præcepti] *U*: iussi *rettet fra* iussionibus *H.* | 27,20 grandi] *U*: graui *H.* | 27,21 religiosa *mgl. U.* | 27,22-23 suis sacerdotibus] *U*: sacerdotibus suis *H.* | 27,23 Qui] *U*: Cui *H.* | et] *U*: ac *H.* | 27,24 Bloconis *H.* | 27,26 aduersus *H.* | iustum et sanctum] *U*: sanctum et iustum *H.* | 27,26-27 fugientes *U.* | 27,28 martirem] *af H, senere Haand, rettet fra* martyrum: martyrem *U.* | 27,30 interfectorem *U.* | 28,1 martyrium *U.* | pietatis *H.* | 28,5 Nicolao fratre] *U*: fratre Nicolao *H.* | 28,9 morentur] *U*: perirent *H.* | Quæ] *U*: Qui *H.* | 28,11 cum *mgl. H, tilf. af senere Haand.* | videret] *U*: vidit *H.* | 28,13-14 aduersus populum concepisset] *H*: concepisset aduersus populum *U.* | 28,14 satiaret] *U*: satiaretur *H.* | 28,16 ac] *U*: et *H.* | 28,17 septesimo regni sui *U*: 7 sui regni *H.* | 28,19 et re ipsa *mgl. U.* | 28,22 ortus] *H (og Saxo)*: natus *U.* | 28,24 quamobrem] *H (og Saxo)*: quapropter *U.* | 28,25 vero] *U*: autem *H (mgl. Saxo).* | fuit] *H*: erat *U (evasit Saxo).* | 28,27 Filias] *Saxo*: Filios *HU.* | complures] *U (og Saxo)*: plures *H.* | 28,28 factus est] *H*: erat *U.* | 29,1 quidam clarissimo] *H*: clarissimo quodam *U.* | *H tilføjer i Margen* Primus archiepiscopus Lundensis anno 1100. | 29,4 *H, senere Haand, tilføjer i Margen* Archiepiscopatus Lundensis huius Eigoti regis opera consecratus a Papa et fundatus est. | 29,6 suorum] *U*: summorum *H.* | 29,7 religiosam] *H (og Saxo)*: gloriosam *U.* | 29,10 minueret] *H (og Saxo)*: muniret *U.* | 29,13 eadem] *af H, senere Haand, rettet fra* eandem. | illius] *U*: ipsius *H.* | 29,14 ante] *U*: antea *H.* | 29,15 Anno domini 1105 *mgl. U.* | 29,21 ipsius] *H*: illius *U.* | 29,23 Scheswicum *H.* | 29,24-25 Anno domini *mgl. U.* | 29,26 Emundus *U.* | 29,27-28 fratre suo Haraldo] *U*: Haraldo fratre suo *H.* | 30,1 ducis *mgl. H.* | 30,3-4 potentiores et maiores] *U*: maiores et potentiores *H.* | 30,6 maiorum] *H (og Saxo)*: maiorem *U.* | 30,10-11 opem Eschillo] *U*: Eschillo opem *H.* | 30,14 et] *U*: ac *H.* | 30,15 *efter vsus tilføjer U* Eschillus. | 30,19 Anno domini *mgl. H.* | quatuor tantum] *U*: iam quatuor *H.* | 30,22 Lam *U.* | 30,27 est *mgl. U.* | anno *mgl. H.* |

30,28 natiuitatis vero *mgl. H.* | 1146 *U.* | 31,1 SVENO *rettet fra SVNO H.* | 31,3 et *mgl. U.* | 31,5 sese] *H:* se *U.* | 31,7-8 fortuna] *U:* victoria *H.* | 31,8 annis decem] *U:* decem annis *H.* | Suenone] *H:* Sueno *U.* | 31,11 viderat] *U:* videret *H.* | 31,13 in *mgl. H;* tilføjet af *senere Haand.* | conuenerant *H,* *senere Haand.* | 31,14 reges *mgl. U.* | 31,16 efter Chanuti tilføjer *H* regis. | 31,18 duobus *senere tilf. H.* | 31,21-22 occisurus etiam Waldamarum *H:* occisus etiam fuisset Valdamarus *U.* | 31,22 Esberni *U.* | 31,25 insequeretur] *H:* consequeretur *U.* | 31,29-30 regis interfectoris] *U:* interfectoris regis *H.* | 32,1 a] *H:* est *U.* | 32,13 extruxerunt] *H:* instruxerunt *U.* | 32,16 Dannewirke *U:* Dani Wircke *H.* | 32,18 eximius] *H:* eximijs *U.* | 32,20 dedisset *mgl. H;* tilf. af *senere Haand.* | 32,22 filiolumque] *U:* filiumque *H.* | 32,24 efter 25 tilføjer *H:* in Rinsted sepultus est cum serenissima regina vxore sua Sophia, filia Swerkonis regis Suetiæ, quæ obiit. | 33,1 feudum] *rettet fra fecundum H.* | 33,3 est anno Christi] *U:* et in Ringstede sepultus *H,* som tilføjer i *Margen:* cum sua sorore Ribiza Regina, vxore Erici Suetiæ, quæ obiit anno 1210. | 33,5 Seyer *mgl. H.* | 33,5-6 Iste Waldemarum *mgl. H.* | 33,7 fertur] *senere tilf. H.* | 33,11 Dagmor *H.* | 33,14 Lena] *U:* Letia *H.* | 33,17 Chanuti] *H:* Caroli *U.* | 33,20 scilicet] *U:* videlicet *H.* | 33,21 milia] *H:* milium *U.* | 33,23 Suenonis *H.* | 33,29 Gulstus reen *H:* Gyldensteen *U,* af *senere Haand* *rettet til* gyll styn steenn. | 33,30 alijque] *U:* alij quoque *H.* | 34,1 domini *mgl. H.* | 1214 *mgl. U:* *rettet fra* 1244 *H.* | 34,2 Dagmor *H:* Daugmar *U.* | 34,4 sequenti *H.* | 34,6 suum *mgl. U.* | domini *mgl. U.* | 34,7 efter 1231 tilføjer *H:* Sepultusque est Rinstadiæ cum vxore sua Dagmar filia regis Bohemiæ, et cum vxore secunda Boringera filia regis Portugalizæ sorore Letueniæ comitis Flandriæ, quæ obiit Anno 1220. | Otto *H.* | 34,8 contra] *U:* aduersus *H.* | 34,9 cederent] *U:* succederent *H.* | 34,10 audiuisset] *U:* audisset *H.* | 34,10-11 cum ingentibus copijs sibi] *U:* sibi cum ingentibus copijs *H.* | 34,12 Albim *U.* | 34,14 Albiani *U.* | et] *U:* ac *H.* | populare *U.* | 34,17-18 vindicauerat] *U:* vindicauit *H.* | 34,19 domini *mgl. H.* | 34,19-20 Waldemarum] Ericus *U,* men *rettet af senere Haand.* | 34,20 suo *mgl. H.* | Slaiam] *U:* Schaniam *H,* af *senere Haand* *rettet til* Slauoniam. | 34,21 domini] *U:* autem *H.* | 34,21 est

mgl. H. | 34, 23 *efter eius tilføjer H Hinricus Ducatum, men slettet.* | 34, 24 *autem mgl. H.* | 34, 25 *Iuttam H.* | *nomine mgl. H.* | 34, 26 *Seyer mgl. H.* | 34, 27 *1241 mgl. U.* | *quinta H.* | 34, 28 *calendarum Aprilis U.* | *efter April. tilføjer H:* in Ringstede sepultus. | 35, 2-3 *coronatus . . . patre mgl. H.* | 35, 3 *et] U: ac H.* | 35, 6-7 *Anno domini mgl. H.* | 35, 7 *1250] U: 1252 rettet til 1242 H.* | 35, 10 *et tyrannice mgl. H.* | *Frisonibus] U: Phrisonibus H.* | 35, 10-11 *est interfectus staar i H i Parentes, hvorefter tilføjes Eiderstadensibus.* | 35, 11 *prius ille] U: ille prius H.* | 35, 13 *domini mgl. H.* | *1252 rettet til 1242 H.* | 35, 15-16 *Iste Christophorus mgl. H.* | 35, 16 *est] U: erat H.* | 35, 17-18 *aduersus regem rebellio] U: rebellio aduersus regem H.* | 35, 20-21 *Jacobum Archiepiscopum] U: Archiepiscopum Jacobum H.* | 35, 22 *Hagenkolb rettet til Hagenscow H.* | *efter causa tilf. H iam.* | 35, 22-23 *nouem annis fuit] U: fuit nouem annis H.* | 35, 23 *est mgl. U.* | 35, 26 *efter enim tilf. H in Suetia.* | *efter Ericum tilf. H in Scania.* | 35, 27 *Suerckeri H.* | *parem H.* | 36, 3 *folchungos U: Folkengis H.* | 36, 7 *Iste mgl. H.* | 36, 8 *violentis mgl. H.* | 36, 9 *notatus] U: vocatus H.* | 36, 10 *domini mgl. H.* | 36, 10-11 *venationem] U: vernationis gratia H.* | 36, 11-12 *Finndetorp U: Finderop H (ved Rettelse).* | 36, 13 *grauiter] U: multum H.* | 36, 15 *innixum] U: infixum H, men rettet af senere Haand.* | 36, 17 *exanime] H, senere Haand, ved Rettelse: examime U.* | *illi] H: ej U.* | 36, 20 *efter multarum tilf. H etiam.* | *pudorem] U: pudicitiam H.* | 36, 21 *stuperata H.* | *Stygoti H.* | 36, 22 *Marsalci H.* | 36, 24 *sororis eiusdem] U: eiusdem sororis H.* | 36, 28 *Mennvidt H.* | *Hic mgl. H.* | 36, 29 *contra] U: aduersus H.* | *Teutonos H.* | *fuit mgl. H.* | 36, 30 *Wernnaa U.* | 37, 1 *domini mgl. H.* | 37, 2 *viris nobilibus] H: nobilibus viris U.* | 37, 4 *Hallentzfar H: Hallanfare U.* | 37, 7 *fugierunt U.* | 37, 8 *H har ikke Punktum foran Anno, men efter 1293, og tilføjer autem efter est.* | *domini mgl. H.* | 37, 9 *Stygotus H.* | 37, 9-10 *Marscalcus regis interfecti U: interfecti regis Erici Marschalcus H.* | 37, 12 *piraticam H.* | *Stygoti H.* | 37, 14 *statim tilf. af H, senere Haand.* | *sequenti H.* | *Rane Ionsen] U: Ranelonus H.* | 37, 18 *anno mgl. H.* | 37, 19 *efter 33 tilføjer H:* in Ringsted sepultus, et ad sinistram suam iacet mater sua Agnes regina, vxor regis Erici Wibergis sepulti, filia Alberti Marchionis Bran-

denburgensis, quæ obiit 1304, et ad dexteram eiusdem iacet vxor sua, filia Magni regis Suetiæ, quæ obiit anno 1319. | 37,20 og 21 Christopherus H. | 37,21 electus] *af U, senere Haand, rettet fra* relatus. | 37,22 Iste *mgl. H.* | 37,26 declinare] *af U, senere Haand, rettet fra* declarare. | 37,31 vterque *tilf. af H, senere Haand.* | in *mgl. H.* | 38,14 autem] *U: enim H.* | 38,17 Suetiæ regem *H.* | 38,19 Datæ *H.* | 38,28 et] *U: ac H.* | 38,28-29 ibidem . . . præsidij] *U: in præsidij ibidem habebat H.* | 39,2 Hic *mgl. H.* | 39,5 patre suo] *U: suo patre H.* | 39,6 etiam tunc arces multæ] *U: tum (ved Rettelse af senere Haand) etiam multæ arces H.* | 39,7 vafricie *H: vafrice U.* | 39,8 minima] *H: nimia U (men rettet af senere Haand.)* | sanguinibus *H.* | 39,9-11 Cumque . . . sui *mgl. H.* | 39,12 etiam *mgl. U.* | 39,14 literis *rettet fra lateris H.* | sequenti *H.* | 39,19 Gothlandia retenta] *U: et Gothlandiam est et retenta H.* | 39,20 regno *mgl. U.* | 39,23 solitudinem *H.* | 39,24 ac] *H: et U.* | exteriorum *U.* | incursionibus] *U: excursionibus H.* | 39,25 et] *U: ac H.* | 39,26 et] *U: ac H.* | 39,30 sublato iam] *U: iam sublato H.* | 40,2 magis sibi] *U: sibi magis H.* | 40,6 claris dotibus] *U: virtutibus H.* | 40,8 nisi] *U: ni H.* | 40,10 et (*begge Steder*)] *U: ac H.* | 40,10-11 excocommunicationem minanti fertur *H, senere Haand, ved Rettelse.* | 40,14 a (*foran tuis*) *mgl. H.* | 40,16 Habebant *U.* | Helwig *rettet fra Helbit H.* | 40,17 *efter* sustulit *tilf. H* præcipue. | 40,18 Haguino *U.* | 40,20 altera *H.* | Megapolensi *U.* | 40,22 Cumque] *U: Cum H.* | 40,23 Gaare *H.* | 40,25 domini *mgl. U.* | 40,26 MARGARETA *mgl. H.* | 40,27-28 Margareta . . . regnauit] *U: 98° (tilf. af senere Haand) loco regnauit Waldemari filia (Margareta tilf. af senere Haand i Margen).* | 40,28 et] *U: ac H.* | 40,30 et (*foran religiosa*)] *U: ac H.* | 41,1 et] *U: ac H.* | 41,2 viros *mgl. H, men tilf. af senere Haand.* | videtur *H.* | 41,4 Haguino filio Magni Smeck nupsit *U.* | qui fuit rex] *U: regis H.* | 41,6 domini *mgl. U.* | 41,8 mariti sui Haguini] *U: Haquini sui mariti H.* | 41,9 Haguino *U.* | marito *mgl. H.* | 41,10 gloriosa *H.* | 41,11 enim *mgl. H.* | 41,12 Lyke *H, af senere Haand rettet til Lücke.* | 41,13-14 Sueciæ *mgl. H.* | 41,14-15 captusque] *H: captus U.* | 41,16-17 Episcopus] *U: Archiepiscopus H.* | 41,18 Repplin *U.* | alijque] *U: alij quoque H.* | 41,19-20 milibus plebis] *U: militibus plebeis H.* | 41,21 nominati non sunt] *U: numerari*

non possunt *H.* | 41,23 est *mgl. H.* | 41,25 domini *mgl. H.* | beati *mgl. H.* | 41,29 Cum] *U:* Cumque *H.* | 41,31 consequuta est] *U:* consequita est *rettet vistnok fra* consequitur *H.* | 42,2 *efter* ictum *tilf. H* enim. | 42,4 Datia *H.* | 42,5 Dacia *U.* | 42,6 habuerat] *H:* haberet *U.* | 42,7 vsurpabat primum] *U:* primum vsurpabat suffragium *H.* | 42,15 sequenti *H.* | coronatus est] *U:* est coronatus *H.* | 42,17 Lincopensi] *H, senere Haand, ved Rettelse.* | Strengenensi] Arengenensi *H, senere Haand, ved Rettelse.* | Arosiensi] *rettet fra* Arostensi *H.* | 42,18 Woxoensi *U.* | Arusiensi] *H, senere Haand, ved Rettelse.* | Orcadensi] *af H, senere Haand, rettet fra* Archadensi: Orchadensi *U.* | 42,19-20 centum et viginti tres] *U:* centum 33^{es} *H.* | 42,23 domini *mgl. H.* | 42,26 ac *mgl. U.* | 42,27 sepulta præcioso sepulchro] *U:* sepulchro precioso sepulta *H.* | domini *mgl. H.* | 43,4 *efter* Margareta *tilf. H* regina. | 43,5 fuerit] *U:* fuit *H.* | 43,6 eum] *U:* illum *H.* | 43,13 Hic] *H:* Sic *U.* | seruando *mgl. H.* | 43,14 eandem sententiam *U.* | Eders] *U:* Eder *H.* | 43,15 werre] *U:* ware *H, senere Haand, ved Rettelse.* | 43,20 quæsiuisse] *U:* quesisse *H.* | vel *mgl. H.* | 43,21 et] *U:* ac *H.* | 43,24 accepisse] *tilf. af H, senere Haand.* | 43,27 *efter* aut *tilf. H* alio. | 43,28 infestus] *U:* interfectus *H.* | 43,30 vnde *tilf. af H, senere Haand.* | 43,30-31 pyriticam perpetuo in Suecos] *U:* piraticam in Suecos perpetuam *H.* | 43,31 interim] *H:* interitum *U.* | 44,1 et in Pomeraniam rediens *mgl. U.* | 44,3 descripta] *U:* scripta *H.* | 44,4 e regno fuisse] *U:* fuisse e regno *H.* | 44,5 et] *U:* ac *H.* | 44,6 querimonias] *U:* querelas *H.* | 44,9 et] *U:* ac *H.* | 44,14 quæ] *U:* quod *H.* | 44,16 et] *U:* ac *H.* | 44,18 41] *H:* 34 *U.* | 44,20 foran Christophorus *tilf. H* Rex. | dux] *af H, senere Haand, rettet fra* rex. | 44,24 gallinis] *ovenover er tilføjjet* Hensted *af H, senere Haand.* | 44,25 illarum] *U:* illorum *H.* | et] *U:* ac *H.* | 44,26 ac] *U:* et *H.* | minitantur] *U:* minitabantur *H.* | 44,30 dominari] *af H rettet fra* vindicare. | 45,2 ingentem] *U:* magnam *H.* | 45,3 Iuti Aquilonaes] *U:* Aquilonaes Iuti *H.* | tragedia et *mgl. H.* | 45,8 scilicet anno *mgl. H.* | 1448] *U:* 1447 *H.* | Helsinburgo] *U:* Helsingborg *H.* | 45,9 iste Christopherus *H.* | 45,10 sed *mgl. H.* | tamen *mgl. U.* | 45,11 dominatus] *H:* damnatus *U.* | 45,12 CHRISTIANUS *U.* | 45,13 Centesimus primus *mgl. U.* | 45,14 Friderici] *af H, senere Haand, rettet til* Theodorici:

Frideri U. | 45,15 *efter Oldenburg tilføjer H, senere Haand:* et Heilwigis vel Hedwigis, filia Gerhardi I. Ducis Slesuicencis et Comitiss Holsatia etc. | 45,18 *quæ mgl. H.* | 45,19 *regis Scotiae U: Scotiae (af senere Haand rettet fra Suetiae) regis H.* | 45,21 *efter 1448 tilføjer H, senere Haand:* Coronatus in Dania A. C. 1449, in Noruegia Drunthæ corona Olavi A. C. 1450, die Olavi. | plane] U: plene H. | 45,24 et] U: ac H. | 45,25 Christianus U. | *efter regem tilføjer H, senere Haand:* A. C. 1457. | 45,29 *exilijs U.* | *efter Christiernus tilføjer H, senere Haand:* Adolpho in Ducatu Slesuicensi et Holsatia comitafutu (*sic*) A. C. 1460, hæredibus pecunia placatis, et. | 46,7-8 *Christiano U.* | 46,8 *atque] U: ac H.* | 46,16-17 *priuatis] af H, senere Haand, rettet fra violatis.* | 46,17 *fuisse] U: esse H.* | 46,18 *deprehenso] U: reprehenso H.* | 46,20 *in Sueciam mgl. U.* | 46,24 *ac U: et H.* | 46,26 *partim . . . relicta mgl. H.* | 46,31 *efter visitasset tilføjer H, senere Haand:* ac insumsisset in hoc itinere 55000 aureos Rhenanos. | 46,32 *H tilføjer i Margen:* alij 1482, ætatis 56, 22. Maij. | 47,5 *dotato] U: donato H.* | 47,7 *diuorum quoque] U: quoque diuorum H.* | 47,8 *ibi] U: ibidem H.* | 47,11 *101 H.* | 47,11-12 *eius nominis primus] U: primus eius nominis H.* | 47,13 *Misia H.* | 47,15 *domino mgl. U.* | 47,18 *pene triginta] U: triginta pene H.* | 47,19-20 *consilio] U: sequutus consilium H.* | 47,22 *sunt] U: sicut H.* | 47,22-23 *clericis semper] U: semper clericis H.* | 47,27 *omnia] U: omnes H.* | 47,27-28 *religionis Christianæ] U: Christianæ religionis H.* | 47,28 *cleri] rettet fra clerium H.* | 48,1 *et] U: ac H.* | 48,4 *mutua] af H, senere Haand, rettet fra mutata.* | tamen] H: tum U. | 48,5 *dissidia] af H, senere Haand, rettet fra desidia.* | 48,7 *tamen] H: cum U.* | 48,9 *tamen] H: tam U.* | 48,10-12 *abstinuisset . . . equitum mgl. U.* | 48,16 *hi] U: ij H.* | 48,17 *opibus] af U, senere Haand, rettet fra operibus.* | 48,18 *et] U: ac H.* | 48,21 *Sture] U: Sturam H, senere Haand, rettet fra Sun . . e.* | 48,27 *Domino] U: Danis H (Dominis?).* | 48,31 *et] U: ac H.* | 48,32 *defectionem H.* | 49,2 *excusantur U.* | 49,3-4 *quoniam] U: quando H.* | 49,11 *Ditmariensi U.* | 49,13 *virij] tilf. af H, senere Haand.* | 49,17-18 *gloriebantur U.* | 49,18 *occupaturos] af H, senere Haand, rettet fra occupaturus.* | 48,18-19 *Ditmariensi U.* | 49,19 *reuersos] af H, senere Haand, rettet fra reuersus.* | 49,20 *Lutheranismo*

non iam] *af H, senere Haand, rettet fra* Lutheranis nonam. | 40,21-22 quorundam prælatorum perniciem] *U: perniciem quorundam prælatorum H.* | 40,29 die 20 mgl. *H.* | 50,2 *efter* portendere *tilføjer H:* Hic Ioannes sepultus est Ottoniæ: cuius Epitaphium habeo descriptum (cum Epitaphio *tilf. senere Haand*) vxoris Christinæ. | 50,3 CHRISTIANUS *U.* | 50,4 103] *rettet fra* 102 *H.* | Christianus *U.* | 50,7 fuerit] *U: fuerat H.* | a condito orbe] *U: ab vrbe condita H, men af senere Haand rettet til* ab orbe condito. | *efter enim tilf. U etc. og udelader Resten.* | 50,11 Scyllam *H.* | hoc] *af H, senere Haand, vistnok rettet fra* hac.

51. Chronicon Skibyense (Skibykrøniken). Tekstgrundlag: Hdskr. 858, 4° i den Arnamagnæanske Samling i Universitetsbiblioteket i København. Skrevet med P. H.s egen Haand. Paa forreste Blad læses: „Dette manuscriptum blef funden i [Sieland i *tilf. med anden Haand*] Skibbye Kirche muur bag altaret Indmuuret med atskillige andre brevfe, da ved en sær Hændelse bleff vdrudt nogle Steene der paa Stedet, der mand banchet paa Muuren og fornam at der var tomt indentil. Anno 1650.“ Udgivet af Langebek i *Scriptores rerum Danicarum* II, S. 554-599 (1773) og af H. Rørdam i *Monumenta historiæ Danicæ* I, S. 11-107 (1873). Oversat af A. Heise (Kbhvn. 1890-91).

54,26 *efter* filia er slettet quinta. | 56,13 *efter* filia er slettet ducis. | 56,15 Friderico] *af en senere Haand rettet til* Dieterico. | 58,1 *efter* captus er slettet est. | 58,26 functus] *af en senere Haand rettet til* defunctus, *jfr. S. 63,28.* | 59,13 *efter* Ioanni er vistnok slettet ducis. | 59,17 regni *tilf. i Margen af P. H.* | 59,26-27 legum baccalaureus *tilf. over Siden af P. H.* | 60,15 est *tilf. af P. H.* | 60,24-25 simulque . . . Vpsalensis *tilf. af P. H.* | 61,8 pene *tilf. af P. H.* | 61,17 ac *tilf. af P. H.* | 61,22-26 Anno . . . deteriores *tilf. i Margen af P. H.* | 61,29 homagio *P. H. i Margen i St. f. et udslettet* iuramento. | 62,26 1494] *af senere Haand rettet til* 1495. | 62,31 *efter* anno *tilf. en senere Haand* 1494. | 62,32 quidam] *P. H. har skrevet qui i Enden af en Linje; af en senere Haand er tilføjet* dam i *Begyndelsen af næste Linje.* | 64,18 *efter* donati er slettet fuissent. | 65,1 ipso] *af senere Haand (P. Olai?) rettet til* postera. | 66,5-12 Hoc . . . ornatissimum *tilf. i Margen af P. H.* | 66,7 saguine *P. H.* | 67,11 obstitisset] *rettet af senere Haand fra* obtitisset. |

70,1 og 3 pirate] rettet af P. H. fra pyrate. | 70,7 Pwthorss] senere tilføjet (næppe af P. H.). | 71,2 foran digamia er maaske slettet a. | 72,15 que synes af senere Haand (P. Olai?): Fides his minime danda est, quemadmodum nec multis alijs hic de Christierno rege scriptis. | 74,12 tam tilf. af P. H. | 75,11 efter qui er slettet ab. | 76,12 rex tilf. af P. H. | 78,5 Helsingborgensi] Bogstavet o er senere tilføjet. | 78,7 og 88,31 Borgenholm] over m en Forkortelsesstreg. | 78,10 foran Lundensis er slettet Roschild. | 79,10 foran presentibus er slettet sed. | 79,11 est usus er rettet fra utens (jfr. Heises Oversættelse S. 61). | 79,20 foran ullam er slettet aliam esse. | 80,3-4 magistro . . . Christierni tilf. i nedre Margen af P. H. | 81,24 a sanctissimo] astutissimo senere Haand. | 81,25 impetrata tilf. af P. H. | 82,12 efter Hanc er slettet ueteres. | 83,12-13 (ut . . . clementiam) tilf. af P. H. | 88,18 efter cepit er slettet uiolenter. | 95,26 foran quam er slettet quod. | 97,21 foran opprimeretur er slettet proderetur. | 98,19 foran Durauit er slettet Durab. | 100,23 foran procuratione er slettet pro . . . tione. | 104,25 efter in er slettet fugam uersis. | 110,28 huius] af senere Haand rettet til illius. | 111,1 libertatatem P. H. | 114,28 foran cocus (saaledes P. H.) er slettet quidam. | 115,26 contionatorum tilf. af P. H. | 116,8 ipso tilf. af P. H. | 116,29-30 eiusdem (slettet) authoritatem tilf. i Margen af P. H. | 117,20 tam] rettet i Hdskr. fra tamen. | quam maaske rettet fra sed. | 117,30 foran confirmatio er slettet olim. | 118,23 foran tantum er slettet in (?). | 118,30 efter ciues er slettet ut. | 122,10 obtitisset P. H. (rettet af Langebek). | 123,14 foran ecclesie er slettet rebus. | 125,4 foran sesquimille er slettet sex mille. | 125,15 foran abnaigare er slettet abire. | 127,5 foran desperatum er slettet fuisset. | 127,19 foran malicia er slettet glo. | 127,26 in tilf. af P. H. | 128,8 blaspemior P. H. (rettet af Langebek). | 128,18 resipiscat] resipiscant foreslaaet af Heise. | 128,28 et Blad udrevet af Hdskr. | 129,4 efter morbo er slettet diuturno morbo. | 134,8 efter nostre er slettet relig. | 135,15 foran eucharistiam er slettet host. | 135,30 Porro tilf. af P. H. | 136,4 Sophie slettet (af P. H.?). | 136,7 meretricis slettet (af P. H.?). | 136,17 pudicitie, sobrietatis indsat over et udslettet Ord (continentie?). | 136,21 foran pseudepiscopo er slettet episcopo. | 137,2 ac pertinacissimis tilf. af P. H. | 137,25 foran Hiortholm er slettet Haf-

nensi; *over m i -holm Forkortelsesstreg.* | 137,31 *ab rettet fra a.* | 138,1 *foran est er slettet off.* | 138,14-15 *tergiuersationem rettet fra postulationem.* | 138,16 *namque tilf. af P. H.* | 138,22 *est tilf. af P. H.* | 138,27 *foran ullis er slettet huius.* | 139,1 *ut ceptis desisteret tilf. i Margen af P. H.* | 139,6 *efter pontifice er slettet pertulit.* | 140,15 *foran Burglanensi er slettet Børlanensi.* | 140,19 *foran Burglanensi er slettet epis.* | 140,27 *foran mimorum er slettet et.* | 141,12 *to Blade er udrevne; men forneden paa Bagsiden af det første af dem læses nsi.* | 143,9 *en senere Haand tilf. i Margen cocum.* | 143,26 *tante tilf. af P. H.* | 144,2 *en senere Haand tilf. i Margen Corfitz Willfeld.* | 144,14 *foran regis er slettet ac.* | 145,17 *foran gereretur er slettet gerebatur.* | 145,18-19 *preclusum . . . distantia] rettet fra precluderetur.* | 147,25-26 *Haffnenses tilf. i Margen af P. H.* | 149,2 *foran apud er slettet vnde.* | 149,27-28 *respondebant] respondebunt foreslaaet af Rordam.* | 149,28 *Dum hec aguntur er skrevet med andet Blæk end det foregaaende.* | *Med en ikke meget senere Haand tilføjes: Anno MDXXXIX feria quinta proxima post dominicam Cantate, de mane circa 3 horam, obiit Reuerendus pater d: Iago vrne Episcopus Roschild: in Curia bestrup.*

151. Blandede Optegnelser. Haandskriftet, Gl. kgl. Saml. 1551, 4^o, har vist oprindelig været løse Kvaterner, som senere er blevet indhæftede i et Omslag. Dette er ved en Indbinding o. 1850 forsvundet; det siges at have haft Paaskriften „P. H.“. Haandskriftet er 1784 afleveret fra Gehejmearkivet, men synes tidligere at have tilhørt Det kgl. Bibl. (se Suhms nye Samlinger til den d. Hist. 4. II. S. 95 ff). De enkelte Læg er nu vanskelige at udskille, da en Del Blade er gaaet løs, men, fraregnet de sidste Blade, synes Paulus Helies Haandskrift at forekomme paa dem alle, saa Haandskriftet maa have været i hans Eje, selv om ogsaa andre har indført Stykker af forskellig Art, vist efter hans Tilskyndelse. I Noterne angives, hvad vi har ment at kunne skønne om de forskellige SkrIVERHÆNDER. Haandskriftet er aftrykt, som det nu foreligger, da den oprindelige Orden ikke kan bestemmes. En Del Sider er ubeskrevne, et enkelt Sted (Bl. 24-27) er Kvaternen ikke skaaret op. Om Haandskr. se for øvrigt Catalogus codicum Latinorum Bibl. Reg. Hafn. dig. Ellen Jørgensen S. 181 ff. og Brandt og

Helweg, Den danske Psalmedigtning, I. S. xxii-xxiv og Rørdam, Monumenta I. R. I S. 123-132, hvor Dele af Haandskr. er trykte; jfr. ogsaa Rørdam, Bemærkninger om den historiske Kritik (Kbh. Vidensk. Selsk. Skr. 5. R., hist. og philos. Afd. 4. Bd. ix) S. 23 (409) og Tavle 1.

153,1-154,11 P. H. | 153,17 Marg. Tallet er nu ulæseligt. | 154,9 temperata] Forkortningsstreg glemt i Hdskr. | 154,13-155,17. Haanden ligner meget P. H.s, men er vist en anden; jfr. 159,9 flg. Versene er en dansk Omskrivning af Pater noster og Ave Maria. | 157,9-158,23. Anden Haand. Dansk Oversættelse af Luthers Omskrivning af Ps. 66: „Es wollt uns Gott genädig seyn“, kun lidet forskellig fra den i Klaus Mortensens Messebog (1528) trykte, men uden den tildigtede Doxologi. Melodien trykt 1524 i Tyskland, i Danmark maaske 1528, se Danske Studier 1916, 141. (Hans Thomissøns Salmebog, Bl. 250). Afvigelser i Malmø-Trykket er: 157,20 nw] offuer oss. | 157,23 alle] mange. | 157,23 han styre oss well] Gudh styre for oss. | 158,1 Thij] Uy. | 158,2 the hedninge] tith hendenske. | 158,5 retferdigst] rethferdig. | 158,6 thu] udeladt. | 158,6 eij] icke mere. | 158,7 Thijth] Thin. | 158,8 forware] beuare. | 158,9 bliffuer wdhen] leffuer forvden all. | 158,10 The] Uy | 158,11 thet] tith. | 158,12 wort land gør] Thin iord ber. | 158,13 thit] thin. | 158,14 og 15 oss signel] signe oss. | 158,18 nw siunge wij] Uy syunge | 158,19-23 Den ældre Oversættelse af I. vers af Luthers „Nun freut euch lieben Christen“; Melodien synes at have været trykt i Malmø-Salmebogen 1528 (DSt. 1916, 142; HThom. Bl. 51 b flg.). | 159,1-8. Om Verset her er skrevet af samme Haand som 157-58, er usikkert, i det mindste er Pen- nen en anden. Ordene staar mellem Nodelinier, men uden Noder. Verset gentages S. 107 med Haanden fra S. 157-58; det kendes kun fra disse to Steder. | 159,1 boor] booor Hdskr. | 159,9-162,7. Med samme Haand (P. H.?) som S. 154-155. Denne Mariavise kendes kun herfra | 160,15 oc qwinne] Tilf. over Linien | 161,18 saa] Tilf. i Marg. | 162,8-164,28. Skr. af P. H. Gentaget (S. 165,1 og det derefter udeladte) med s. Hd. som S. 157 flg., jf. I, 212, 26 ff. og 306-7. Melodien S. 165 kendes ellers ikke. Varianter fra S. 165 flg. gives i Noterne her mærket II. | 162,14 alle] allen II. | 162,16 bliffuer] worder II. | 162,18 altid] udeladt i II. | 162,27 low] ord II. | 162,28 oc inghen] ey heller II. | 163,6 for dhw] rett. af Udg. fra

fordhw; faar thu II. | 163,8-9 lyder i II: forældre mwne the alle wære som pleije forstanderis namffn at bære. | 163,12 som sijdher deg] teg sijder II. | 163,13 lyder i II: Thi scaltu aldrig gøre mandraff. | 163,15 affwend] begge Steder skrevet affwnd med Streg over w. | 163,18-23 og 25-30 staar i omvendt Orden, men med Omflytningsbogstaver | 163,18: Wær kysk oc høwisch wdi snack, saaledes II, rettet fra: Haff kysk oc reen gerning met snack. | 163,19 lack] meen oc lack II. | 163,23 gack ij ægteskab] egte teg II. | 164,1 Gud] thijn Gud II. | 164,2 dha gack effter] beliwg II. | 164,3 gør] tall II. | 164,3 wilt wære] æst II. | 164,4 och] eller II. | 164,5 oc løyghen scaltu eij] scaltu eij (rett. fra icke) gerne II. | 164,9 bliffue ij] oc haffue II. | 164,13 mijnne] hans mijnde II. | 164,14 scalt] scalt well II. | 164,16 Wiltu tiene] Tien thijn II. | 164,17 tha] oc II. | 164,17 een andhens] noghen mantz II. | 164,19-21 lyder i II: eij heller hustru ther søger hans seng, at thu scalt icke komme ij nød, som er then ewig sorg oc død. | 164,25 haffuer] haffuer tha II. | 165,6-171,13 P. H., nedskrevet efterhaanden. | 165,10-13, jf. Omdigtingen S. 169, 5-8. | 166,1-2 hemffn] skrevet heffn med Streg over. | 166,7 gantske well] rettet fra fwlwell (af P. H.?) | 166,22 met foragt] tilf. af P. H. i Margen. | 167,2 haffwe] tilf. af P. H. i Margen. | 167,11 Adams alder] rett. fra hwndrede aar. | 167,13-16. Slettet ved Overstregning og sidste Ord kan ikke sikkert læses. | 167,20. Overstregtet, og 21 tilføjet af P. H.; efter Skriften at dømme, er denne og de foregaaende Rettelser foretaget, samtidig med at P. H. indførte de to følgende Vers. | 168,16 wære] foran dette Ord er slettet at. | 169,4 han er eij] rett. fra dha er han icke. | 170,21 Nar edlinge] rett. fra Ædlinge. | 170,24 homod] tilf. i Margen. | 171,13 oc spot] Med disse Ord begynder Haanden fra S. 157,19 ff. midt i en Linie og fortsætter til 173,5, dog er 171,16 maaske skrevet af P. H. | 172,5 læse] rett. fra agte. | 172,29 nagne] Maaske Streg ovenfor Ordet (nangne?). | 173,6-190,9 P. H. | 173,6 ff., en Slags Travesti af Beg. af Matthæus' Evangelium, sml. IV S. 118 | 173,30 genuit] mgl. ved Sideskifte. | 173,31 flg. har vi Luthers danske Efterkommere, den gifte Korsbroder Hans Tausen, Lektor Peder Laurensen fra Næstved, Klaus Mortensen Tøndebinder. Hvem der sigtes til med Navnet Ruffus, ved vi ikke | 174,1 flg., Travesti af Beg. af Johannes' Evangelium. | 174,19 flg. Travesti af Te Deum. | 174,19

damnamus] *rett. fra laudamus.* | 174,35 sequacibus] saquacibus *Hdskr.* | 176,7-13 er indført af P. H. paa et senere Tidspunkt, som Skriften viser. | 176,33-35 fra Vbicunque er en senere Tilføjelse, maaske ikke af P. H. | 177,26 Mon der ikke mangler ei efter dantur? | 177,34 atque] *maa læses at que* (o: quæ). | 178,13. Se S. 205. I P. H.s Eksemplar af Ambrosius I er nu Læg D (fol. 155-160) d. v. s. næsten hele De bono mortis, udrevet | 179,17. Verset findes i bedre rytmsk Form i det latinsk-svenske Glossar, Cod. Upsal. C 20 (Neumans Udgave S. 16):

Litera gesta docet, que credas allegoria,

Moralis quid agas, quo tendas anagogia. |

179,19 *fig.* Kilden er Faber Stapulensis (se S. 208), Apologia fol. αiiij, men P. H. har selv tilføjet Erasmus' Oversættelse. | 180,2 Correctum est. o: *Vulgata har det rigtige.* Saal. ogsaa 182,6, 8 Marg., 20 Marg.; 183,2 Marg.; 184,12 Marg., 15 Marg. | 181,29 Instaurate] *Instaurate Vulgata.* | 183,25 prudentem] *mgl. i Vulgata.* | 184,25 ff Bogstaverne i Marg. stammer fra Faber. | 184,25 adiutorij]. *foran dette Ord mgl. et, som Vulgata har.* | 184,31-185,24 *staar hos Faber fol. αiiij b efter Eksempelsamlingen.* | 185,15 claros] *Saal. Faber, cloros Hdskr.* | 185,25-186-36 *hos Faber fol. αij b-ij a.* | 186,10 quinto] *Saal. Faber, mgl. i Hdskr.* | 186,29 plures] *Fejl; Hdskr. har pluries.* | 187,23 quicpiam] *Saal. Hdskr.* | 188,6 cessaset] *Trykfejl for cessasset.* | 188,11 habueritis] *Saal. Vulgata, Hdskr. har snarest haberetis; efter sicut har Hdskr. urigtig habet.* | 189,7 *fig.* *Det, som er trykt med mindre Skrift, staar ogsaa i Hdskr. med mindre Skrift som Randnoter til Teksterne.* | 189,14 hoc] *saal. Hdskr.* | 190,1 *fig.*, se S. 207. | 190,10-191,36 er næppe indført af P. H., skønt Skriften ligner hans meget. | 190,28 Chrysostomus] *Crhijso-stomus Hdskr.* | 191,22 si] *rett. fra sic i Hdskr.* | 192,1-197,2 P. H. | 194,8 *fig.* er Ps. 82,12 b-19, vist anvendt paa Kættene. | 195,5 *fig.*, *foran dette mgl. mindst et Blad. L. 6-10 er taget fra Esther 13,9-11 (ikke helt som Vulgata).* | 195,9 *Næsten hele den sidste Nodelinie paa Siden og hele Teksten dertil er afrevet (ogsaa u — i uni-versorum mangler).* | 196,1-2 Ps. 105,6 (Judith 7,19). | 196,13 *fig.* *maa høre til Paulus Eremit's Dag (10. Januar).* | 197,1-2 *En Del af sidste Nodelinie med Tekst er afrevet; Udfyldningen skyldes P. Severinsen.* | 197,4-5 er skrevet med en Haand, som ellers ikke forekommer i Hæftet. | 197,15-22 *Skrevet med samme Haand som*

157,19 ff. *Gentagelse af Verset S. 150,1-8.* | 197,23-198,28 *Maaske samme Haand som 154,13 ff. En kendt Hymne af Prudentius* | 199 *Maaske samme Haand som 157,19 ff.* | 199,2 in] *Trykfejl for ijn.* | 199,4 b-*Tegnet skulde staa over den foregaaende Node (til to-).* |

201. Af trykte Bøger, som har hørt til Paulus Helies Bibliotek, kender vi fem. Med Hensyn til den første, den berømte Pariser-udgave af Saxo (1514) i Oslo Universitetsbibliotek, har man været i Tvivl om, hvorvidt den P. Helye, der har skrevet sit Navn paa Titelbladet (overstreget og delvis udraderet) og paa sidste Tekstside, er vor Paulus Helie. Trods tydelig Forskel fra dennes senere Skrift er der dog ogsaa visse Overensstemmelser, som næppe er tilfældige, og hvilken anden Paulus Helie kan der paa den Tid have været? Hertil kommer, at Skibykrøniken (ovenfor S. 73-74) har de samme Meddelelser i noget udvidet Form men i samme Rækkefølge. I de fire andre Bøger er Paulus Helies Skrift let at genkende, selv om han ikke har skrevet sit Navn paa første Bind af Ambrosius-Udgaven (tredje Bind mangler); de findes alle i Det kgl. Bibl. i København. Det er meget muligt, at andre Bøger fra Paulus Helies sikkert ret betydelige Bibliotek kan findes bevarede, men de har ikke været Udgiverne bekendt.

203, Titelbl. HELYE] *maaske HELYE.* | 203,4 f. n. die] *rett. af P. H. fra vigilia* | 203,1 f. n. requiescat] *rett. af P. H. fra requiesquet.* |

205 (Fol. 236 D) quibus verbis] *i den gamle Udgave ved Trykfejl: quia verbis* | 206 (Fol. 113 E) Jesu Naue] *d. v. s. Josva, se Eccli. 46,1* |

208 ff. *Paa Grund af Beskæring og Blækkets Afblegning mangler ikke saa lidt; Udgivernes Udfyldninger af disse Huller staar i []* | 210 (Fol. 234 a) *Bemærkningen hertil skyldes maaske ikke P. H.; der findes i den ingen af de Bogstaver, som er afgørende karakteristiske.*

213. Pauli Breve i Erasmus Rotherodamus' latinske Oversættelse er trykt i Roskilde af Hans Barth i Folio og med stor Afstand mellem Linierne, saa Tilhørerne ved Forelæsninger har kunnet tilskrive deres Notater mellem dem. Dette er ogsaa sket i alle de fire Eksemplarer, man kender, dog i meget forskelligt

Omfang. Det siges udtrykkelig fol. 60 b, at Afsnittet fra Galaterbrevet til Hebræerbrevet er trykt før de tre første Breve, og H. F. Rørdam og andre har formodet, at Randnoterne til den først trykte Del skyldes Paulus Helie, medens de langt fyldigere og væsentlig forskelligartede Noter til de tre første Breve stammede fra en anden Roskilde-Teolog. Naar Brevene, som det her er sket, trykkes i den Rækkefølge, hvori de er gaaet i Trykken, vil det dog vistnok vise sig, at Skellet mellem de to Dele ikke er saa skarpt, men at Udvidelsen af Kommentaren allerede begynder sidst i den først trykte Del, og særlig til Hebræerbrevet, medens visse Ejendommeligheder ved de senest trykte Noter, som Indledningen: *Ac si dicat*, først optræder et Stykke henne i Romerbrevet. Da vi ikke har ment at kunne sætte noget bestemt Skel, har vi aftrykt hele Rækken af Randnoter, saa meget mere, som ogsaa de senere ofte har en Tankegang, der ligger P. H. nær (sml. f. Eks. Noterne til 1. Tim. 2, 12 og 1. Cor. 14, 34).

213,1 Skønt Erasmus' Indledning til Galaterbrevet staar bag paa sidste Blad af 2. Cor. og altsaa er sidst trykt, er dette Stykke her sat forrest, da det formodentlig oprindelig har været trykt foran Gal., hvis første Læg nu kun er paa 6 Blade. | 219,20 domino] 1534: dominio. | 226,23 Flaccus] Horatii Carmina I, 18, 14. | 228,23 quando] 1534: quando. | 232,27 autem] 1534: ante. | 233,5 corporis] *mgl. i* 1534. | 234,26 semen] *mgl. i* 1534. | 240,32 Randnoten staar ved 3,7 | 240,34 impudenter] 1534: impudentur. | 241,19 i Petri iiij] Fejl i 1534 for 2. Petr. 2, 23. | 234,32 Noter hører ogsaa til V. 5, men staar ved V. 9. | 247,29 incuruata] 1534: incuruata. | 252,23-25 Sin ex ... est opus *mgl. i* Vulgata og de ældste græske Haandskrifter. | 254,14 misericordiam] 1534: missericordiam. | 255,8 Quia] 1534: Qnia. | 255,20 Danielis iiij] Daniel 4, 14, men ukorrekt anført. | 255,21 enim] *mgl. i* 1534. | 260,30 (qui rationibus] 1534: qui (rationibus. | 261,23 rethorum] 1534: rethorum. | 268,15 vt] *mgl. i* 1534. | 273,17 perditissime] Saal. rettet i Trykkeriet fra perdissisme. | 275,16 loquitur] 1534: Inquitur. | 277,29 et] *mgl. i* 1534. | 278,34 obsistunt] Rett. i Trykkeriet fra osistunt | 279,25 desursum] descendens tilføjer Vulgata. | 279,27 ij] 1534 urigt. iij. | 280,6 obsecro] 1534: osecro urettet. | 288,35 Ac] 1534: At. |

291. Roskilde Kapitels Brev til Grev Christopher. Tekstgrundlag se til Bd. I, S. 161; dog mangler Ac. Brevet er desuden trykt af Chr. Olivarius (De vita et scriptis Pauli Eliæ S. 174-176, 1741) og i Nye Danske Magazin V, S. 142-143 (1827). Her er det aftrykt efter Aa, medens Afvigelserne i Ba og Bb anføres nedenfor; de tidligere Aftryk følger dels Ba, dels Bb. At Brevet er skrevet af P. H., betvivles af C. T. Engelstoft (Nyt hist. Tidsskr. II, S. 509) og af H. F. Rørdam (Monumenta historiæ Danicæ I, S. 108), men de af dem anførte Grunde er dog næppe afgørende.

293,6 etiam] magis Ba. | 293,9 ac] et Bab. | 293,17 semper] senere tilf. i Aa. | 293,18-19 clariss. tua] Tua clariss. Bab. | 293,20 fuerat] fuerit Bb. | ab] mgl. Ba. | 293,21 nostrarum] magnarum Ba. | putatur] putetur Bab. | 294,4 possit] posset Bb. | 294,10 quidem] quondam Bab (quidem quondam Olivarius) | 294,14 Adhæc] Ad huc Ba. | 294,16 enim] etiam Ba (men senere tilf.). | 294,19 efter Martyris tilf. Aa te, som er udstreget. | 294,20 Dioecesis Bab. | 294,21 quidem] quoque Bab. | 294,22 habemus] hactenus Ba. | 294,27 etiam] nobis Bae: etiam nobis Bb: nobis etiam Bc. | lignea] mgl. Ba. | 295,2 reclamante] reluctantante Ba. | 295,3-4 nobis esse tradita] esse tradita nobis Bab. | 295,4 efter sed tilf. Aa ut, som er udstreget. | 295,5 potius] proximos Ba. | 295,6 certo] certi vistnok Ba (saaledes i hvert Fald Bce). | 295,11 seculorum] mgl. Ba. | 295,12 og 23 historiis] historicis Ba. | 295,19 4] 6 Bb. | De Alchimo 1 Mach. 9] mgl. Ba. | 295,27 item] ita Bb. | 296,2 dubitamus] dubitabimus Ba. | 296,7 publica pace et tranquillitate] pace et tranquillitate publica Bab. | 296,10 M.D.XXXIII Ba. | 296,12 supplices et] mgl. Ba.